Ano do nasimento

de noso senhor Jesu cristo

de mil e seis sentos e qua

nta [illegible]

PRAXIS SACRAMENTI POENITENTIAE

Auctore

REVERENDISS. D.

THOMA ZEROLA

BENEVENTANO

EPISCOPO

MINOREN.



Cum Priuilegio & Superiorum permissu.

ROMAE

Ex Typographia Gulielmi Facciotti. 1597.

Ad instantiam Sebastiani de Franciscis Senensis.

VIDIT & approbauit Frater Petrus Ioannes Saragoſa Magiſter.

ILLVSTRISS. AC REVERENDISS.

CINTHIO ALDOBRANDINO

TITVLI S. GEORGII

S. R. E. CARDINALI

SANCTIS. D. N. D. CLEMENTIS viij. Pont. Max. nepoti optimo, omnium bonarum artium cultorum amatori, tutelarique.

THOMAS ZEROLA BENEVENTANVS Episcopus Minorensis, interminabilem cum eodem summo Pontifice felicitatem.

DICAVI anno elapso S.D.N. Auunculo tuo Praxim meam Episcopalem, & hãc Praxim Sacramenti Pœnitentiæ tibi dicandam, offerendamque ratus sum, ne coram tanto Principe vacuus apparerem, cuius adiumento, fauoreque apud Sanctissimum D. N. nuper ad Minorensem Episcopatum assumptus sum, munus quamuis tuæ celsitudinis non condignum, legendum tamen, ocij cum aliquid nactus eris, aut vereor,

reor, eo quin libenti. Illud animo oculis percurrere, nec digneris quo ſanctiſſimus labores ille meos manibus peruoluere, proprijs aſpexi oculis, eoq́ue potiſſimum quadraginta cum horarum ſine intermiſſione myſticam orationem diuinæ tot oraculis Scripturæ roboratam Romæ inſtituerit, ſpiritu, quam humilitatis, animoq́; cõtrito, & priſcos exercuiſſe Patres, & nos itidem ipſius emolumenta abſque pœnitentiæ pharmaco nequaquam poſſe aſſequi, & legimus, & arbitramur: Sancti enim viri, tum veteris, cum noui inſtituti, Dei iracundiam, iuſtè quam, noſtris pro criminibus interdum patimur, placare, cum hanelabant, pœnitentiæ, orationiſque remedium adhibebant; qua propter, & huic aſperes optimè Princeps, vt duobus hiſce armis munita Chriſtiana res publica, cui alto conſilio præſides, procul dubio contra Ethnicos, prauosq́; ſuos hoſtes victoriam conſequatur. Vale litteratorum præſidium Romæ die 15. Februarij 1597.

INDEX CAPITVM.

De multiplici pœnitentia.
Caput I.

PRIMO queritur quotuplex est pœnitentia? respondetur, quod multiplex.

Prima, quæ dicitur irrisoria, de qua Isidor. lib. 2. de summo bono. cap. 16. & habetur in cap. irrisor. de pœn. dist. 3. & ista est quando pœnitens licet sua peccata confiteatur, tamen non habet animum abstinendi in posterum à peccatis. hic enim videtur velle Deum irridere, & Deus non irridetur ad Rom. 6. prout simile dicit de oratione Chrysost. hom. 15. super c. 6. Matth. vnde merito in d. c. cani ad vomitum redeunti comparatur. & ista confessio, siue pœnitentia est reiteranda, quia deficit ei pars essentialis, nempe vera contritio, siue propositum cauendi in futurum. cap. peccati venia. de regul. iur. lib. 6. iuxta illud Ioan. cap. 5. de paralytico, Vade, & amplius noli

peccare, ne deterius, &c. Nauar. cap. 9. cum allegatis.

Secunda est pœnitētia inanis, de qua August. lib. soliloq. & habetur in cap. inanis. ead. dist. & est quando pœnitens, vix confessus sua peccata, paucis lapsis diebus, vel (quod lugendum est) horis, redit ad eadem, vnde ibi bene dicitur, nihil prosunt lamenta, si replicantur peccata, diciturq. inanis, quia caret fructu pœnitentiæ, qui est amicitia Dei, sed ista confessio, sic facta, non esset reiteranda, si tempore confessionis pœnitens habuit verum animum abstinendi, auferendo peccatorum occasiones, prout dicam inferius. cap. 25. q. 14. dicitur etiam inanis, & infructuosa propter peccatum statim continuatū, quo peccator caret continuatione gratiæ Dei, fitq. magis deperditus, vt mercator tendēs ad emporium lucrandi causa, & ibi capitale simul cum lucro deperdit. vide tex. & gloss. in c. fin. ead. dist. Host. in summa. tit. de pœnit. & remiss. nu. 1.

Tertia potest dici pœnitentia coacta, (si ita licet loqui) de qua in cap. omnis vtriusque sexus. de pœnit. & remiss. vocamus

camus eam coactam, non quia Ecclesia Dei aliquem cogat irrationabiliter, cum omnia suauiter disponat, sed quia multi, aut raro, aut vix sua peccata confiterentur semel in anno, nisi hoc salubri præcepto impellerentur, & potius formidine pœnę, quàm virtutis amore, con cõfitentur sua peccata absquè vera contritione, quia in tex. dicitur, Et viuus ab Ecclesia arceatur, & mortuus ecclesiastica careat sepultura, & in multis cathedralibus ponitur excommunicatio latæ sententiæ, vel aliæ pœnæ in nõ con fitentes, & non communicantes tempore Paschæ. de hac Aug. lib. de pœnitentia c. 17. & habetur in c. nullus. de pœn. d. 7. vbi dicitur arbitrij voluntatẽ quærit Deus, vt deleri possint cõmissa, non necessitatem, sed charitatem, non timorem, sed amorem, quia non in solo timore viuit homo: & inter cæteras conditiones confessionis est illa, quæ dicitur Libens, hoc est, voluntaria, vt fiat præcipue propter Deum, vide Syluest. ver, confessio 1. §. 1. Nauarr. c. 2. nu. 5. Arist. 8. ethic. c. 14. Isid. lib. 2. cap. 2. de summo bono Tertull. lib. ad Scapulam Syman. de

 catho-

catholicis institutionibus tit. 29.nu. 54.

Quarta est pęnitentia serotina, id est, tarda, & est quando aliquẽ in fine vitę pœnitet, de hac habetur in cap. nemo. de pęnit.dist. 7. S. Thom. in 4.sent.dist. 20.q.1.art.1.quæstiunc.2.Luc cap.22.de latrone.Ezech.c.18.August.loco cit,vbi dicit,hanc pęnitentiam esse satis dubiã, cum videtur potius fieri timore gehennæ, quàm amore Dei, & zelo salutis,de hac vide Syluest. in aurea rosa. casu 62. cap.fin.de pęnit.dist.7.ratio est,quia videtur carere vera contritione, vnde in moriente nõ est satis tuta,in reuiuiscente reiteranda, si solum fieret timore pęnæ, & non propter offensam Dei, secus vero si verã haberet cõtritionem, quod probant auctoritates superius allegatæ, vide cap.Iudas.& cap.sceleratior, de pęnit.dist.3.S.Thom.3.par.q.86. art. 1. c. si quis autem. de pęnit.dist.7. S. Tho. 1.2. q.6.art.1. Nauarr. cap.1.nu. 11. & c. vlt. §.quod quamuis. nu.14.de pęnit. dist. 7. vbi dicit, quòd qui iustitiantur, vel vltimo supplicio condemnantur non satis securi sunt de eorum salnte, propter malos habitus diu acquisitos, quia ab ex-

tremo ad extremum, difficilis eſt tranſitus.

Quinta eſt pęnitentia infernalis, ſeu damnatorum, de qua Sapien.c.5.dicentes intra ſe pęnitentiam agentes, &c. & iſta eſt omnino infructuoſa, vt patebit inferius cap.7.q.16.uide Scotum 4. ſent, diſt.17.q.1.ar.3.

Sexta eſt pęnitentia publica,& ſollemnis,de qua in cap.pœnitentes. & in cap. in cãpite. 50.diſt.& hæc hodie, aut parũ aut nullo pacto eſt in vſu, refrigeſcente charitate, & ſuperabundante malitia, & inobedientia pęnitentium,immo potius peccatorum erga veram diſciplinam, ſacrorum canonum, & Eccleſiæ prælatos, vt tempore D. Ambroſij,& Theodoſ. Imperatoris, vide Hiſtoriam tripar. lib.9. c. 30. licet hodie improprie dicatur ſollemnis pęnitentia,quando aliquis inuitus ad pœnitentiam agendam mittitur ad monaſterium. cap.ſi ille.50.diſt.addit Mart. Abb. in Hoſt. in ſum. tit.de pęnit. & remiſs.nu.2.§.quot.

Septima eſt pœnitentia publica ſolum, de qua in cap. 1.de de pęnit.& remiſs. 1.Timot.cap.5. concil.Triden.ſeſſ.

24. c. 8. de refor. & iſta ſolet imponi ab Epiſcopo ob aliquod peccatum publicum, puta ob blaſphemiam Dei benedicti, vel Sanctorum inſignium, vel hæreticalem, vel detentionem infantulorum in lecto ante annum expletum, vel aliquod huiuſmodi, prout dixi in praxi mea epiſcopali, in verbo pęnitentia. §. 1. vide Nauar. c. 8. nu. 10. notab. 11. quã non debent imponere cõfeſſarij, ne frangatur ſaltem indirecte ſigillum cõfeſſionis, prout dicam inferius cap. 20. per totum, & cap. 25. q. 11. niſi accedat conſenſus pęnitentis, facultas epiſcopi, & grauitas, ſeu qualitas peccati, ſed quando non eſſet tale periculum, poſſet confeſſarius imponere publicam pęnitentiam puta peregrinationis, & alia huiuſmodi D. Antoninus 3. par. tit. 14. cap. 16. §. vlt. Syman. de cathol. inſtit. tit. 8. §. 10. & tit. 47. quaſi per totum. & alias, nec clericis poteſt imponi pęnitẽtia ſollemnis, vel publica, cap. alienum. 50. diſt. & cap. vlt. 26. quæſt. 6. Innò. in Rub. de pęnit. & remiſs.

Octaua eſt pęnitentia ſacramentalis. de qua in cap. 1. & 3. de pęn. diſt. 3. & iſta

eſt

eſt vnum de Sacramentis eccleſiæ. conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 1. & concil. Flor. & Theologi in quarto ſententiarum à diſtin. 14. vſque ad 22.

Nona dicitur pęnitentia voluntaria, de qua Dauid pſal. 53. dicit: Voluntarie ſacrificabo tibi, vbi loquebatur de ſacrificio cordis, ſeu pęnitentiæ, vt ibi exponit Auguſt. & ipſemet Dauid ſe ipſum declarans pſal. 50. ait: Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, ita exponit etiã S. Tho. 3. par. quæſt. 55. art. 4. in ſed contra. & Sot. 4. ſent. diſt. 14. q. 2. art. 2. in fin. & iſta eſt eorum pęnitentia, quos pęnitet ſæpius ſuorum delictorum, frequenter confitendo ſua peccata, plus quàm ſemel in anno, & iſti videntur vere de offenſa Dei dolere, non timore cenſurarum eccleſiaſticarum, vel aliquorum reſpectuum humanorum, ſed vere zelo ſalutis. vide Hoſtien. in ſumma tit. de pęniten. & remiſſ. verſ. voluntaria. nu. 12. Sylueſt. & Nauarr. locis citatis num. 33. notab. 15.

De pœnitentia specialiter. Cap. II.

SEcundo quæritur, quot modis sumatur hoc nomen pœnitentiæ? Respondetur, quòd regula illa logicalis, in 1. poster. est in ore omnium, vbi dicitur aliquid duplici via posse sciri, quoad quid nominis, & quoad quid rei, quoad quid nominis sumitur primo improprie, & vt sic etiam Deo tribuitur hoc nomen pęnitentiæ Genes. cap. 6. primo Reg. cap. 15. Psal. 109. Hierem. cap. 18. quibus in locis dicitur Deū pœnitere, quia facit id, quod facere solent homines pęnitētes: sicut enim pęnitentes mutare solent cōsilium, ita & Deus illud mutare videtur secundum effectum, iuxta illud Ambrosij in Luc. cap. 1. vbi dicit Deus nouit mutare sententiam, &c.

Secundo sumitur pro dolore, quo afficimur, aut propter factum nostrum, aut alienum; ita Aug. lib. de vera, & fal. pęni.

Tertio sumitur pro virtute morali, & tūc significat dolorem internum animi, quo peccata commissa detestamur.

Quarto sumitur pro operibus externis, quæ istū animi dolorē indicant, vt ieiu-

ieiunia, eleemoſynæ, & alia opera bona.

Quinto ſumitur pro ſigno externo inſtituto à Chriſto ad remiſſionem peccatorum, quòd complectitur actus pęnitentiæ, & ſacerdotis, & hoc vltimo modo ſumitur pro ſacramento.

Tertio quæritur, quid ſignificet hoc nomen pęnitentiæ, & vnde dicatur? reſpondetur, quod ſignificat pęnæ tenentiam, id eſt tenere pœnam, ſeu anguſtias, ſeu cruciatus pro offenſa Dei, & dicitur à pęnitendo, quia in eo homo generaliter, & particulariter, dolet ſe feciſſe aliquid, iam à ſe factum, ita Auguſt. de vera, & falſa pęnitentia. & habetur in cap. pęnitentia, il 2. de pęnit. diſt. 3. vbi ait, quòd pęnitentia eſt quædã dolentis vindicta, puniens in ſe vlciſcendo, quod commiſit peccando.

Quarto quæritur, quot modis accipiatur pęnitentia, prout facit ad noſtrum propoſitum? reſpondetur primo pro virtute, & ſic eſt contritio. Secundo pro vno ex ſeptem ſacramentis eccleſiæ, id eſt, pro aggregato trium partium, ſcilicet contritionis, confeſſionis, & ſatisfactionis. Tertio pro pęnitentia, ſeu ſatisfa-

tisfactione, siue restitutione iniuncta à confessario pœnitenti. vulgo enim solemus dicere, confessarius imposuit mihi hanc, vel illam pęnitentiam, & multis in locis habetur de pęnitentijs iniunctis. ita Syluest. in verbo pęnitentia, initio.

Quinto quæritur, quid sit pęnitentia quo ad quid rei? respōdetur ex Ambr. in serm. de quadrag. & habetur in cap. pęnitentia, de pęnitent. dist. 1. vbi dicit: Pęnitentia est præterita peccata plangere, & plangendo iterum non committere, hanc definit etiam Augustinus loco cit. cap. 8. & habetur in cap. pęnitentia. ead. dist. item Hieron. & alij, quos breuitatis causa omisimus.

Sexto quæritur, vtrum hoc sacramentum sit de necessitate salutis? respondetur, quòd hoc potest dupliciter considerari primo necessitate absoluta, & hoc modo non est necessarium: Deus enim non alligauit suam potentiam sacramentis, vt patet vulgatis, necessitate suppositionis. & tunc dico, quòd hoc sacramentum est necessarium necessitate etiā medij, & præcepti, supposito enim peccato, homo habet necesse dolere de illo, &

& habe-

& habere ſaltem votum confeſſionis ſacramẽtalis, ſi vult ſaluari, & qui poteſt, & non confitetur in articulo mortis, vel ſemel in anno, faceret contra præceptũ diuinum, & humanum, & hoc medio ren ditur ad patriam, Matt.3. Niſi pęnitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis. vide Sot.4. ſent. diſt.5.q.vnica art. 1. & d. 8.q. 1.art.3.

Septimo quæritur, vtrum hoc ſacramentum ſit ſufficiens remedium pro omnibus peccatis? reſpondetur, quòd ſic, Matth.cap.7. Agite pœnitentiam, appropinquauit enim regnum cælorum. ſi ergo pœnitentia dat aditum ad regnum cælorum, ergo delet omnia peccata, ſed quia multæ auctoritates ſcripturæ videtur abnuere oppoſitum, puta Matth. c. 12. Eſt peccatum in Spiritum ſanctum, &c. & alia loca, quæ breuitatis cauſa omittuntur? reſpondetur, quòd intelliguntur de finali impœnitentia, ita Aug. loco cit. c.4. Ambroſ. de pęnit. c. 7. nam omne peccatum eſt remiſſibile per verã pœnitentiam. Nauar. in cap. ſi ſacerdos. de pęnit. diſt. 6.

Octauo quæritur, vtrum in omni lege

fuerit

fuerit pęnitentia? respondetur, quòd sic. patet Iob cap. 1. & cap. vlt. concil. Trid. sess. 14. cap. 1. non vt sacramentum, sed vt actus virtutis, ad placandam irã Dei, vt remedium pro peccatis, licet fuerint etiam quædam signa externa, puta sacrificia, &c. similiter in lege scripta, patet conc. Trid. loco cit. & Florent. cum aliis vulgatis.

Nono quæritur, vtrum pęnitentia sit virtus? respondetur, quòd non solum est virtus, sed actus virtutis. conc. Trident. loco cit. c. 4. & est specialis virtus, patet, nam peccata contrariantur virtutibus, pęnitẽtia excludit peccata. ergo, &c. vnde Poeta Lyricus ait: Virtus est vitium fugere, & ista virtus vtitur quinque actibus ad expellenda peccata, vt ait Aug. loco citato. Primus àctus est dolere de peccatis. Secundus actus est confessio pę nitentis. Tertius actus, summissio pęnitentis. Quartus propositum emendandi vitam. Qnintus, propositum satisfaciendi, & sic ista virtus pertinet ad iustitiam vindicatiuam, & in ea sacerdos interuenit vt iudex, pœnitens, vt reus. Chrysost. hom. 9. in epist. ad Heb. Ioan.

de

de Baſſolis in 4, ſent. diſt. 14. q.2. art. 11. Sot.loco cit.vide inferius cap.22.q.8. vbi habes forum pęnitentiæ habere ſymbolũ cum foro iudiciali exteriori,vide Syman. de cathol.inſtit. tit 47.§. 5..

Decimo quæritur, pęnitentia vnde habet principium ab amore,vel à timore?reſpondetur, quòd habitus pęnitentiæ immediate infunditur à Deo,ſine nobis principaliter operante, non tamen ſine nobis diſpoſitiue cooperantibus, per actus noſtros, qui ſunt ſex, primus actus fidei, ſecundus timoris ſeruilis, quo quis timore ſuppliciorum inferni, vel pęnæ temporalis retrahitur à peccato. tertius eſt actus ſpei, quartus charitatis, quintus timoris filialis, quo Deum, tamquam patrem veneramur,ſextus eſt dolor de peccatis propter recõciliationem cum ipſo Deo, & ſic pęnitentia procedit à timore ſeruili, tamquam à primo principio, ſed tamquam à proximo principio oritur ex charitate. vide concil.Trid.loco cit.cap.de contrit. & ſeſſ. 6. inferius c.8. q. 21.

Vndecimo quæritur, vtrũ peccata poſſint remitti abſque pęnitentia?reſpõdetur primo, quòd de lege ordinaria,peccatum

B mortale

mortale, non remittitur absque pęnitentiæ virtute, istud est de fide. Hier.c.18.Nisi impius egerit,&c. Zacch.cap.1. Conuertimini, &c. cap.non omnes,& c.nō potest. de pœnit.dist.1.Dico secundo,quando habita sufficienti examinatione suæ cōscientiæ, peccata non occurrunt memoriæ, tūc possunt homini remitti peccata per actum charitatis, sine pœnitentia formali, probatur nullus tenetur dolere, nisi de mortali, sed facta diligenti, ac sufficienti indagine, nullum mortale occurrit, ergo non tenetur de illo formaliter seu actualiter dolere. Dico tertio secus si defecerit diligens examinatio, quia tunc non remitteretur, per solum actum charitatis, & hoc videtur satis consonum sac.conc. Trid.sess.6.c.6. vbi in adultis baptizandis, ait requiri odium peccatorum. vide Scot.4.sen.d.14.q.1.ar.10. & Sot.4.sent. d.1.q.15.art.2.

Duodecimo quæritur, vtrum per martyrium remittatur peccatum,absque pęnitentia? respondetur primo quòd quando in homine adesset conscientia peccati mortalis,& adesset cōmoditas dolendi de illo, & confitendi, tunc teneretur, & dolere,

lere,& confiteri ita D.Aug.lib.4.de bapt. c.21.Dico ſecundo ſi vero tanta eſſet atrocitas tormentorum, vel adeo violenter raperetur ad martyrium,adeo quòd non eſſet commoditas,ſeu ſpatium dolendi, & confitendi,tunc virtute martyrij ille conſequeretur peccatorum remiſſionẽ, probatur ex eccellentia martyrij Ioan. c. 15. maiorẽ hac dilectionẽ nemo habet &c. Vide Medi.c.de pęnit.q.2.Nauar.c.1.n.10.& Aug.de ſancto Cypriano epiſ.ac mart.ait, quòd falce martyrij amputauit hæreſim.

Decimotertio, vtrum in adulto baptizando habente peccatum mortale,eſt neceſſarius aliquis dolor, ſiue odium, ſeu deteſtatio peccatorum? reſpõdetur,quòd ſic, probatur ex conc. lo. cit.& D.Aug. ad Petr. diac. & habetur in c. firmiſſime de conſecrat.d.4.Nauar.lo.cit.nu.39.

Decimoquarto quæritur, Vtrum Deus de potentia abſoluta poſſet remittere peccata, abſque pœnitentia? reſpondetur quòd probabilis eſt ſentẽtia Scoti aſſerentis quòd ſic,quam etiam tenet Bon.4. ſen. d.18. q.1. ar.2. ad 3.Ricc. ibi q.1. Cartuſ. ibi d.1.& alij,quod probant multis rationibus, quas omittimus breuitatis cauſa.

Decimoquinto queritur vtrum vnũ peccatũ possit remitti, absq; alio? respondetur quòd non loquendo de mortalibus probatur Ioan. c. 20. totum hominẽ sanum fecit in sabbato, & Deus vel remitti totum, vel nihil, & impium est à Deo dimidiam sperare salutem, ita Aug. in cap. sunt plures. de pęn. dis. 3. Dico secundo nec vnum veniale absque mortali, probatur quia nulla remissio peccati fit in homine, nisi actus eius sit acceptus Deo, sed nullus actus hominis existẽtis in peccato mortali est gratus Deo ergo &c. eccles. c. 34. præterea quia omnia peccata mortalia habent connexionẽ ex parte auersionis D. Tho. & D. Ant. 3. p. tit. 14. c. 16. & Sot. 4. sen. d. 15. q. 1. art. 4. Dico tertio, ꝙ vnũ veniale potest remitti sine altero. Dico quarto ꝙ Nauar. in c. de quotidianis. n. 11. de pęn. dis. 3. & in cap. 1. §. sacerdos. n. 27. & infra de p. d. 6. & in principio n. 48. tenet cũ Aug. de Ancona posse remitti veniale absque mortali, quod nó longe est à probabilitate, cũ non habeant connexionem ad inuicem, & in remissione venialis peccati, non requiratur infusio gratiæ, neque augmentum ipsius vt habetur inferius q. 18.

Decimo-

Decimosexto, Vtrum remissa culpa, remaneat reatus pęnæ? respondetur primo, quòd non semper remissa culpa, remittitur tota pęna, probatur ad Rom. cap. 6. Genes. cap. 5. 2. Reg. cap. 12. Dico secundo, quòd remissa culpa mortali remanent peccatorum reliquiæ, sed debilitatę, quæ sunt prauæ illæ dispositiones, quæ ex frequentatis actibus remanent in anima nostra. concil. Trid. loco cit. cap. 8. cap. 2. de extrema vnct. D. Ant. loco cit. vide Orig. homil. 8. super Leuit. hinc fit confessum sua peccata semel in anno in extremo hebdomadæ sanctæ, non esse admittendum statim ad communionem, nisi præuia reconciliatione post cõfessionem: ratio est, quia remanent reliquiæ peccatorum. Ioan. de Bassolis 4. sent. dist. 14. q. 2. art. 1. D. Thom, 3. par. q. 87. art. 5. in corpore. Sot. loco cit. dist. 15. q. 1. ar. 5. Angel. verbo Eucharistia 3. nu. 37. in fine. Nauar. cap. 21. num. 45. & nemo repente fit bonus. Ioan. Chrysost. homil. 87. in varia loca Matthæi. & multa alia, quæ coaceruat Syman. de cath. institut. tit. 50. §. 16.

Decimoseptimo quæritur, vtrum Deus deserat aliquem in hac vita, ita vt pęni-

tere non possit,& videtur, quòd sic, secundum Machab.cap.9. de Antiocho,ad Hebræos cap.12.de Esau Hier.cap.5.de Babilo. Amos cap. 1.super tribus scelcribus, & alia? respondetur primo multos recentiorum, vt Abulensem cap.4.super Exodo q. 12.& cap. 9.q. 12. Roffens. art. 36. contra Lut. & nonnullos alios tenere, Deum aliquando subtrahere auxilium efficax viatori propter aliqua commissa scelera,in quę incidit. ita vt talis viator nõ conuertatur. Dico secũdo, quòd Deus benedictus, qui dicitur pater misericordiarum,& Deus totius consolationis, omnibus confert auxilium sufficiens ad iustificationem, probatur Ioan. cap. 1. Illuminat omnem hominem, &c. 1.ad Timot.cap.2.Vult homines saluos fieri,& alijs vulgatis, ad loca opposita scripturæ, respondetur intelligi de ficta, & non de vera pęnitentia, vel comminatorie Ioan.cap.5.canonica prima.

Decimooctauo quæritur, Vtrum ad remissionem peccatorum venialium, sit necessatia pęnitentia? respondetur, quòd non pęnitentia actualis, sed sufficit primo pęnitentia virtualis D.August.in Euchar, cap.71. & habetur in cap.de quotidianis.

de pęn.

de pęnit.dist. 3.vbi dicit in quotidianis,& leuibus sufficere orationem illam fideliũ, nempe Pater noster, &c. Secundo remittuntur per actum feruentem charitatis. Tertio per quoduis opus bonũ Caiet. sed non per opus nostrũ de condigno, sed per meritum Christi, Petr.Sot.lect.18.Quarto remittuntur in purgatorio per ardentem charitatem, quæ durat in anima toto illo tempore, quo est in purgatorio. D. Thom. q.7. de malo.art. 12.in corp. & in responsione, vel vt alij dicunt, ibi remittuntur per pęnitentiam illam, quam anima habet in pęnis illis inflictis. Quinto in remissione peccatorum vènialium non requiriquiritur infusio gratiæ de nouo,neq; augmentum ipsius. Sexto per aquàm benedictam. cap. aquam. de consec.dist.2. Septimo per sacramenta, & actus virtutum,de Euchar.patet cap.vnico.de extrema vnct. cap.cum de quotidianis de pęnit.dist.3.& cap. tres. de pęnit. dist.1. Octauo per confessionem generalem, Palud.in 4. sent. dist. 16.q.1. Nono benedictione Episcopali, ex communi Ecclesiæ consuetudine. Decimo pane benedicto, Pius Papa, ex Chrysost. & Basil.Aug.lib.1.de bapt. par-

uulorum,contra Donatiſ.& aliis remediis quæ paſſim reperiuntur apud Scriptores, & dicetur inferius cap.10.q.35. vide Hoſtienſem in ſumma tit.de pęnit.& remiſſ. §. tu dic.num. 8.

Decimonono quæritur, Vtrum ſacramentalia remittant peccata venialia, ex opere operato, an ex opere operantis? reſpondetur quòd vtraque opinio poteſt ſuſtineri, prima eſt Dom. Sot. ſecunda eſt Petri Sot. Alen. & Bonauenturæ locis citatis,

Vigeſimo quæritur, An peccatum veniale poſſit ſtare cum ſolo peccato originali, puta ſi homo non baptizatus, & non committens peccatum mortale,ſed ſolum veniale in ætate adulta? reſpondetur de hac re eſſe videndum D. Thom. 1. 2. q. 89. art. 6. & 2. ſent. d. 42. q. 1. art. 5. ad 7. & 4. ſent. diſt. 45. q. 1. art. 3. ad 6. & q. 5. de malo. art. 5. ad 7. Bonauen. 4. ſent. diſt. 2. art. 1. ad 2. Alenſ. 4. par. q. 63. ar. 1. mem. 4. ad 1. ſed iſta potius pertinent ad ſcholas, quàm ad practicam.

Vigeſimoprimo quæritur, Vtrũ peccata ſemel remiſſa redeant? reſp. primo, quòd non, quoad auerſionem à Deo, nec quo

ad

ad conuersionem ad creaturam, nec quo ad reatum pęnę; nec quo ad maculam, nec quo ad aliquid peccati præcedentis, probatur; nam actus idem numero non potest redire, nisi iterum fiat.

Dico secundo, & si aliquando in scripturis sacris legitur redire, & in sãctis Patribus intelligitur, quatenus ingratitudo peccati sequentis continet peccatũ præcedens, & est grauius peccatũ secundum, quàm primum, quia ibi maior ingratitudo, vbi maius beneficium, & est contra maiorem patientiam, & bonitatem Dei ad Rom. 2.

Dico tertio, an ista ingratitudo sit peccatum speciale, adeo, ꝙ sit necessario confitendum Med. loco cit. q. 9. dicit, quòd sic, tu tamen dic, prout inferius dicam tract. de circumstantiis, ad loca scripturæ, & sanctorum? respondetur, quòd intelliguntur de maiori ingratitudine, & de grauiori peccato, quia peccatum secundum est grauius primo. Nauarr. & alij in cap. Gratianus. nu. 5. de pęnit. dist. 4.

Vigesimo secundo quæritur, Vtrum sit maius peccatum, peccare post innocentiam, quàm post pœnitentiam? responde-

tur,

tur, quòd ratione ingratitudinis grauius peccatum est illud, quod fit post pœnitentiam, quàm post innocentiam, quia illud est grauius, quod in se continet maiorem ingratitudinem, & est contra plura beneficia. sed peccare post pęnitentiã includit maiorem ingratitudinẽ, & est cõtra plura beneficia, ergo. Secũdo, quia pęnitẽs recipit omnia illa beneficia, quę recipit innocens, & aliquid plus, ergo. & ꝙ dico de peccato pęnitẽtis, & innocentis, intelligendũ est de primo, & secundo peccato cõmisso post pęnitentiã, nam secũdum peccatũ est grauius primo, & tertius grauius secundo, quia est cõtra plura beneficia, iuxta illud Amos 1. Super tribus sceleribus Moab, & illud Io. 13. vbi Christus ad Iudã post tres monitiones ait, Quod facis, fac citius.

Vigesimotertio quæritur, Vtrum sit magis obligatus Deo innocens, quám pęnitens? respondetur, quòd magnitudo beneficij potest pensari tripliciter, primo ex parte dantis, secundo ex parte recipientis, tertio ex parte rei donatæ, si primo modo, omnia beneficia in hoc possunt dici æqualia, quia omnia ex virtute preciosi sanguinis Iesu Christi Domini nostri accipimus

pimus Apocal. cap. 1. si secundo modo, maius beneficium est pœnitentia, quàm innocentia. si tertio, maius innocentia, quàm pœnitentia, nam maius beneficium est aliquem præseruari à culpa, quàm post culpam recipi in gratiam.

Vigesimoquarto quæritur, Vtrum per pœnitentiam recuperentur omnes virtutes? respondetur, quòd sic, patet Luc. cap. 15. de filio prodigo, vbi Ambr. per stolam intelligit sapientiam. quam sequuntur omnes virtutes morales, probatur ratione, non minus est potens pœnitentia cum misericordia Dei, quàm peccatum cum iustitia, sed per peccatum, in homine iusto amittuntur omnes virtutes, iuxta illud Iacobi cap. 2. Quicumque autem totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus.

Vigesimoquinto quæritur, Vtrum pœnitens, per pœnitentiam resurgat in æquali gratia? respondetur, quòd aliquando in maiori, aliquando in minori, aliquando in æquali; ista est communis; D. Thom. loc. cit. Alens. 4. par. q. 57. memb. 5. Alb. Mag. 4. sent. dist. 14. Bonau. ibi par. 2. art. 2. quæst. 1. Scot. ibi dist. 22. q. vnica. Duran. 3. sent. d. 31. probatur ratione; nam gratia augetur

secun-

secundum maiorem, vel minorem dispositionem subiecti, sed fieri potest, vt homo interdum, maiori vel minori, vel æquali dispositione disponatur, & conuertatur, ergo, &c. tamen Sot. vbi supra & ledes. dicunt, vltra gratiam, quæ datur homini, ratione contritionis, datur etiam cumulatior gradus gratiæ correspondens operibus mortificatis. & hoc videtur satis probabile, & consolatione dignum propter pœnitentes. Nauarr. in cap. diuina num. 3. de pœniten. dist. 4. dicit resurgere in æquali gradu, quod corroborat cum Sac. Conc. Trid. Sess. 6. Can. 32.

Vigesimosexto quæritur, vtrum opera in charitate facta possint mortificari? respondetur, quòd opera nostra possunt in quadruplici genere considerari, primo opera viua, & sunt ea, quæ fiunt in charitate, & procedunt ex charitate, vt quando homo est in gratia sine peccato mortali &c. secundo opera mortua, quæ fiunt in peccato mortali, licet sint opera bona. Tertio opera mortificata, qua licet facta sint in statu gratiæ, tamen per subsequens peccatum sunt mortificata. quarto opera mortifera, & sunt ipsamet peccata mortalia

talia

talia patrata, tunc dico primo quòd Deus sua misericordia vult, vt opera nostra mortificata reuiuiscant per pœnitentiã ad aliquod præmium, ista patet Leuit. c. 25. de an. Iub. ista sententia est communis. Dicò secundo non solum reuiuiscunt quo ad meritum accidentale, sed etiam ad essentiale, ista sententia est quasi communis D. Tho. & aliorum, & sic solum prima opera prosunt nobis ad vitam æternam, & tertia quando per sequentem pęnitæntiam reuiuiscunt, secunda prosunt nobis ad bona temporalia, & ad alia multa prout glo. in c. quod quidam. de pęnit. & remis. c. quærat §. quod quidam. de pęnit. d. 3. Nauar. prælud. 7. n. 7. c. 27. n. 269. & in c. 1. n. 45. de pęnit. dist. 6. & non reuiuiscunt per subsequentem pęnitentiam quicquid dicat Iac. de val. in psal. 50. nisi sint opera satisfactoria imposita à confessario actualiter prout c. 25. q. 18. vel virtualiter vt c. 24. q. 12. quarta vero solum ad gehennã, idest, ad mortem æternam 1. Corint. c. 13.

Vigesimo septimo quæritur, Vtrum homo per pęnitentiam resurgat ad pristinã dignitatem? respondetur primo, quòd dignitas est duplex, alia, quo ad Deum,

alia

alia vero quo ad ecclesiam, quo ad Deum est etiam duplex, altera principalis, nempe gratia, qua homo fit filius Dei adoptiuus, altera secundaria, vt virginitas, & innocentia. Dico secũdo, quòd homo per pęnitentiam recipit gratiam, per quam fit filius Dei adoptiuus, vt patet de filio prodigo, qui recipit annulum, calciamenta, & alia, sed non recipit dignitatem secundariam. probatur; nam virginitas, & innocentia requirunt quandam continuationem, quæ per peccatũ interrumpitur. Dico 3. quo ad dignitatem ecclesiasticã, videto c. domini, c. si quis diaconus, c. si quis viduam, c. de his vero. 50. dist. D. Tho. 3. p. loc. cit. Dico quarto, nec absolutio à peccatis habita in foro pęnitentiali suffragatur pęnitenti in foro exteriori, gl. in c. de his. de accusat. Couar. in c. alma mater 1. p. §. 11. n. 16. de sent. excom. lib. 6. cũ alijs allegatis, vt est videre in praxi mea episcopali ver. absolutio §. 2. Dico quinto quod D. Tho. hic est caute legendus, dum dicit, quòd occidens aliquem ob sui defensionem incurrit irregularitatem: nam suo tempore si occurrebat Ius antiquum, sed postea in conc. Vien. facta fuit clementina

tina si furiosus, de homic. vbi non incurritur irregularitas ab occidente, vel mutilante aliquem ob sui tutelam cum moderamine inculpatæ tutelæ Syl. ver. homicidium 1. §. 3. n. 13. & ver. bellum 2. n. 10. Caiet. 2. 2. q. 40. art. 2. Naua. c. 27. n. 213. Sot. lib. 5. q. 1. ar. 8. de iust. & iure. 41. Nauarr. in c. 1. §. quibus cognitis. n. 6. de pœn. dist. 6.

Vigesimooctauo quæritur vtrum pęnitentia debet semper durare, i. per totam vitã hominis? respondetur, q̃ cũ pęnitentia sit duplex interior, qua homo dolet de peccatis, alia exterior, qua dolorem illum indicat, primo modo debet durare per totam vitam in hoc sensu, quod numquam sibi placeant peccata, secundo modo solum ad certum tempus, & ad certam mensuram, & ita intelligendus est D. Aug. lib. de ver. & fal. pęnit. c. 8. & alij doctores, quos refert Magister 4. senten. d. 14. §. 1.

Vigesimonono quæritur, quot sunt impedimenta; quæ retrahere solent homines à vera pœnitentia, & quæ remedia? respõdetur, quòd sunt multa, pro quibus videndus est (breuitatis causa) Magist. 4. sent. dist. 16. & D. Anton. 3. par. tit. 14. c. 16. §. 5. Hosti. in sum. tit. de pęnit. & remiss. §.

quæ

quæ impediant. n.43.& quæ sunt, quæ inducunt hominem ad veram pęnitentiam, vide eundem Host. lo.cit.n. 48.

De materia pœnitentiæ. Cap. III.

QVæritur, vtrum hoc sacramentum habeat materiã? respondetur, quòd sic, & sac. conc. Trid. sess. 14. can. 5. dicit esse tres partes, de quibus infra, vbi notandum est primo, quòd cum nos habeamus materiam remotam, & propinquam, dicimus, concilium loquutum fuisse de materia propinqua, nempe de actibus ipsius pęnitentis, videlicet contritione, confessione, & satisfactione, materia vero remota, sunt ipsa peccata non absolute, sed vt detestabilia, vitabilia, & abhominabilia. secũdo, quòd materia est triplex, in qua, ex qua, & circa quam, tunc dicimus, quòd peccata, prout supra sunt materia circa quam, patet, nam obiectum huius sacramẽti sunt peccata, & tam actus pęnitentis, quàm sacerdotis versantur circa peccata, hic ea relaxando ille ea plãgendo, & de illis dolendo, materia ex qua sunt actus ipsius pęnitentis, materia,

in qua

in qua, est ipsemet pęniten s, qui est subiectus pęnitentiæ, ita D. Tho. opus 22. Gerso. in flor. moral. tertio est natandũ quod sac. conc. dixit tres actus pęnitentię, esse quasi materiam, & non dixit materiam, absolate, quia non sunt partes essentiales, pro vt in corpore phisico, materia & forma, sed partes integrales, quæ tenent locum materiæ:

De partibus pœnitentiæ. Cap. IV.

PRimo quæritur vtrum hoc sacramentum habeat partes? resp. ꝙ sic, quæ dicũtur materiales, integrales, seu essentiales, q̃ sunt necessarie hominis peccatoris saluti, in re, vel in voto. Cyprian. ser. 5. de bapt. Chrysost. hom. 9. in epist. ad Heb. & in quadam hom. de pęnit. Aug. de vera, & falsa pęnit. c. 14. & 15. Ambros. de virg. lap. cap. 8. Gratianus in c. perfecta. de pœnit. dist. 3. Magister 4. sent. dist. 16. concil. Trid. sess. 6. c. 14. & sess. 14. c. 5. & conc. Florent. de sacram. pęnit.

Secundo quæritur, quot sunt partes pęnitentiæ? respondetur secundum communem sententiam omnium, esse tres, con-

tritionem, confessionem, & satisfactionem quarum duæ primæ sunt essentiales, quia sicut homo non potest esse viuus sine anima, & corpore, quæ sunt partes essentiales ipsius, ita hoc sacramentum erit nullum absque contritione, & confessione. tertia vero, nempe satisfactio, potius est pars integralis, quàm essentialis, nam sicut homo potest esse viuus absq; brachio, cruribus, pede, vel manu, sed non integer, ita hoc sacramentum potest esse verum, absque eo, quòd postea fiat, satisfactio, sed non integrum. probatur ratione: nam accidit aliquando, vt pęnitēs non adimpleat satisfactionem sibi iniunctam à sacerdote, si autem satisfactio esset de essentia huius sacramenti, oporteret repetere confessionem, quod tamen non fit, prout inferius c.21.q.8. Præterea pœnitentia ordinatur ad remissionem culpæ, sed satisfactio ordinatur tantum ad remissionem pœnæ, ergo satisfactio non est de essentia huius sacramenti simpliciter. D. Thom.3.par.q.86.art.5.vide Sot.4.sent.d.15.quæst.1. art.6.initio. vide inferius cap. 7.quæst. 29.

Tertio quæritur, quare sunt tres partes huius

huius sacramenti? respõdetur, quòd sunt multæ conuenientiæ. Prima quia offendimus Deum, corde, ore, & opere, his tribus conuenit eidem nos satisfacere, corde, contritione, ore, confessione, & opere, satisfactione. Secundo, quia pœnitentia est virtus, & omnis virtus habet tres gradus, primum in corde, vt gratitudo, secundum in ore, vt laus, tertium in opere, vt retributio. Tertio, quia istud sacramentum est institutum ad cõpensandum iniuriam, & ad reconciliationem cum Deo, sed ad reconciliationem inter homines, sunt necessaria tria, nempe dolor offensæ, manifestatio doloris, & satisfactio iniurię illatæ. sunt & aliæ conuenientiæ, quas quisque per se poterit videre in Doctoribus, & ad has tres partes sæpe hortatur nos scriptura sacra Psalm. 50. Cor contritum, & humiliatum, ista est contritio. Psal. 31. Dixi cõfitebor aduersum me, ista est cõfessio, & psalm. trigesimo septimo: Quoniam ego in flagella paratus sum, ista est satisfactio.

De contritione, & attritione simul. Cap. V.

QVarto quæritur, quid significet hoc nomen Contritio? respondetur, hoc nomen esse satis vsitatus in scripturis sacris, vt patet communiter, & dicitur primo contritio metaphorice, August. super psalm. 39. vbi ait, Sicut dicitur cor durum quòd est superbum, & diuinæ legi resistit, ita cor contritum, quòd humiliatur, & flectitur, dicitur secundo potius contritio, quàm attritio, quoniam in dolore perfecto tota durities tollitur, vide Arist. 4. eth. vocatur tertio dolor, psalm. 37. Dolor meus in conspectu meo semper. quarto vocatur compunctio. psalm. 4. In cubilibus vestris compungimini Actorum c. 20. Compuncti sunt corde, & dicitur compunctio, quasi simul punctio, quia voluntas excitatur simul cum parte sensitiua. quinto vocatur conuersio Ezech. c. 33. Aug. de vera, & falsa pęnit. c. 17. Ioel cap. 2. Conuertimini ad me, &c. Sexto vocatur scissio, Ioel loc. cit. Scindite corda vestra, &c. septimo vocatur detestatio, ita concil. Trident.

dent. loco cit. octauo vocatur amaritudo, Isa. c. 38. nono vocatur tristitia, 2. Cor. 7. decimo planctus, vide Sot. 4. sent. dist. 17. quæst. 2. art. 1. col. 1.

Quinto quæritur, quotuplex est contritio? respondetur, quòd duplex, quędam perfecta, & quędam imperfecta, quam attritionem passim appellamus, perfecta est quæ habet ista requisita, iuxta sacr. conc. Trid. loco cit. cap. 4.

Primum detestationem peccatorum de præterito.

Secundum, propositum cauendi in futurum.

Tertium, dolorē propter offensam Dei.

Quartum, qui dolor debet esse magnus quia offensa magna, iuxta illud psalm. 50. Secundum magnam misericordiam tuam. respiciens ad magnitudinem peccati.

Quintum, fiduciam diuinæ misericordiæ, Ambros. in cap. nemo. de pęnit. dist. 1.

Sextum, votum, seu desiderium, siue voluntatem præstandi reliqua, id est confitendi, & satisfaciendi, siue restituendi. c. peccatū. de reg. iur. lib. 6. & ibi Couar. cum aliis, imperfecta, q̄ attritio dicitur, est ea, q̄ habet hæc requisita, primum dolorem de

præterito, ſecundum excludit volũtatem peccandi in futurum. tertium tamen non fit pręcipue propter offenſam Dei, ſed vel ex turpitudinis peccati cõſideratione, vel ex metu gehennæ æternæ, vel temporalis, vel timore pęnæ. cap. Iudas. c. ſceleratior loco citato. Nauar. cap. 21. nu. 11.

De attritione ſolum. Cap. VI.

QVæritur, quotuplex eſt attritio? reſpondetur, quòd triplex.

Prima eſt, quando quis incipit quidem dolere de peccatis, ſed nollet mutare vitam, vt patet in concubinariis, vſurariis, & cordis rancorem habentibus, & aliis huiuſmodi. iſtis enim placet via virtutis, ſed lucrum, voluptas, & odium dominantur eis, eoſq. grauant, pſalm. 37. Sicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me, vt Pharaoni, Sauli, Antiocho, & aliis, & iſte dolor non meretur nomen attritionis, ſed potius eſt quædam velleitas, vt ita dicam, & nolleitas.

Secunda cum quis dolet de peccato, timore huius ſeculi, potius quam amore Dei, de qua Aug. de vera, & falſa pœn.

cap. 2. & cap. 9. & fusius Rupertus Abbas in comment. super Matth. cap. 27. & super Ioa. cap. 3. vt Achab, Esau, & alij, & hæc potest haberi lumine naturæ. Gregor. Nazianz. in suis carmin. de Palem. Philos. vt quando quis dolet de furto, non vt est peccatum, sed vt est quædam infamia, vt quando quis detestatur ebrietatem, quia obest sanitati, non quia est vitium gulæ, & ista nec meretur nomen attritionis.

Tertia cum quis dolet de peccatis propter pœnas inferni, & horrendum Dei iudicium, aut amissionem bonorum spiritualium, vel temporalium, aut propter fæditatem peccati, & talis fuit illa Niniuitarum, Sacr. Concil. Tridentin. Sessio. 14. cap. 4. & iste dolor dicitur proprie attritio, qui nec etiam haberi potest absque Dei speciali auxilio, quod sacrum Concilium Tridentinum loco citato, vocat Spiritus sancti donum.

Secundo quæritur, sæpe audiuimus fieri pœnitentiam, de attrito contritum virtute clauium, seu auctoritate Ecclesiæ, aut virtute absolutionis, quæritur, an hoc sit verum, quomodo, & quando? responde-

tur, (supposito primum numquam attritionem posse fieri contritionem. Diu. Thom. in 4. Sentent. distinct. 17. quæst. 2. artic. 2. & in addition. 3. par. quæst. 1. artic. 3. in corp. & Astens. lib. 5. titu. 9. artic. 1. quæst. 1. & alij) quod non omnis attritio sufficit, vt quis fiat contritus; nam multi sunt, qui se putant habere attritionem, quam re vera non habent; vt si quis dolet quidem de peccatis, sed non proponit abstinere in futurum, vt concubinarij, vsurarij, & alij, vt supra, isti si confiteantur peccata sua, & non habeant animum abstinendi, licet accipiant absolutionem; non fiunt tamen contriti ob defectum veræ attritionis, similiter si dolet de præterito, & proponit abstinere in futurum, sed non remouet propinquas occasiones, seu opportunitates ducentes ipsum ad peccatum, vt in exemplis prædictis, hi non fiunt de attritis contriti, quia non est vera attritio, ideo Concil. loco citato §. illam, dicit, Si voluntatem peccandi excludat, quæ exclusio, dicit propositum de futuro. cap. satisfactio. & ibi Gl. in ver. causas. & in cap. ille tex. in summa de pœnit. dist. 3. cap. valet. 81. dist. Nauarr. loco cit. num. 22. 35. 36. 46. & cap. 16. num. 20. & cap. 3. nu. 5. &

dicam

dicam inferius c.25.q.3.Caiet.q.1.de con trit. in 2.tom.opusc.Sot.4.sent.dist. 17. q. 2.art.5.nam attritione non legitima, non fit homo contritus per claues ecclesiæ. Nauarrus in cap. ex iis.nu.10.de pœn. dist. 1.

Tertio quæritur, quænam est illa attritio, qua fit pęnitens de attrito contritus? respondetur illā esse, quæ habet has conditiones, primum dolorem de præterito, secundum, propositum de futuro, saltem virtuale, tertiū remouet occasiones propinquas peccatorum, & dicitur imperfecta contritio, seu dolor, quia vel non habet dolorem illum magnum,& vehementem de peccatis, quem aliqui heroicum appellant, vel quia dolet propter metum inferni,& non propter offensam Dei, vel aliquid huiusmodi, prout supra. cum hac ergo accedens pęnitens ad suorum peccatorum integram confessionem, fit de attrito contritus virtute absolutionis, ista patent ex communi sententia D.Thom. Caiet.conc. Trid. locis cit.Nauar.c.1.nu.36. & infra.

Quarto quæritur, vtrum sicut in sacramento pęnitentiæ,ita & in omnibus sacramentis fiat homo de attrito contritus,v.g.

accedit homo attritus ad ſacramentũ Eucharistiæ, quia non habet copiam confesſarij, vel ad matrimonium, vel ad ordinē, vel ad confirmationem? reſpondetur primo, ꝙ de ſacramento pęnitentiæ & Eucha riſtiæ non eſt dubiũ, ita D.Tho.3.p. q. 39. art.3.ad 2.dico ſecundo, quod Nauar.c.1. num.43.& c.22.nu.3. notab. 2. hoc tribuit cuilibet ſacramento, quòd probat per c. omnia ſacramenta.1.q.1.& alia multa, vt ibi eſt videre, ꝙ idem ego ſentio, cum non ſit maior ratio de vno ſacramento, quam de alijs, cum omnia conferant gratiam ex opere operato, & in quolibet ipſorum interueniat auctoritas eccleſiæ, ita conc.Triden.& Flor. Dico tertio hoc valere ſolum in recipiendo ſacramēto, ſed non in admi niſtrando, prout inferius cap.19.q.6.Dico quarto, quòd in ſacramento baptiſmi ſufficit attritio, & idem in Euchariſtia, & ſic communiter Nauar.in c.magna.in glo.de pęnit.diſt.1.D.Tho.3.par.q.29.art. 3.& in gl.ſanc.3.p.nu.35.de pęnit.d. 5.

Quinto quęritur, vtrum attritio habeat aliquas conuenientias cum contritione? reſpondetur, ꝙ ſic, & primum, quia vtraq; eſt dolor de peccatis cum propoſito non peccan-

peccandi in posterum. Secundum quia vtraque est donum Dei. Tertium quia vtraque excludit propositum peccandi, & includit propositum emendandi vitam, quartum quia vtraque cum sacramento sufficit ad salutem. Ista patent ex communi sententia omnium, & Conc. Trid. loco cit. Sot. 4. Sent. d. 17. q. 2. ar. 5.

Sexto quæritur, vtrum in aliquo, contritio, & attritio differant? respondetur, quòd in multis. Primo ratione obiecti, quia contritio respicit peccatum, vt aduersatur bono diuino, attritio respicit illud, vt aduersatur bono proprio. Secundo ex parte principij, quia contritio proficiscitur ex dilectione, & charitate, attritio ex bono ordinato sui ipsius. Tertio ex motiuo, quia contritio oritur ex timore filiali, attritio ex timore seruili. Quarto ex parte effectus, seu finis, quia contritio reconciliat hominem Deo, attritio præparat ad hoc. Quintò ex parte gratiæ, quia contritio semper est cum gratia, attritio potest esse sine illa. Sexto, homo cum contritione sola potest saluari, sed cum attritione sola damnatur. Septimo, attritio assimilatur domui obscuræ, contritio domui illuminatæ. Octauo attritio compa-

ratur

ratur auroræ, contritio meridiei. Iſta patent ex ſupradictis, & ex cap. ſicut ſeta, cum multis ibi concordatis de pœnit. diſt. 2. Angel. verb. contritio.§.1.

Secundo Quæritur, Vtrum attritio poſſit fieri contritio? reſpondetur primo. quòd non, nam differunt ex parte principij, attritio enim deriuat ex timore ſeruili, contritio ex timore filiali, vt dictum eſt, ſed impoſſibile eſt, vt idem numero motus, qui prius naſcebatur ex motu ſeruili, poſteà habeat ortum ex timore filiali, ergo impoſſibile eſt attritionem fieri contritionem Gloſſ. in cap. ſicut ſeta de pœn. diſt. 2. in ver. ſetà; vbi ait: Sicut enim ſeta introducit filum, nec cum eo remanet, ita timor charitatem. Dico ſecundo quòd homo poteſt fieri de attrito contritus, vt dictum eſt ſupra, & eſt de fide Conc. Trid. loc. cit. probatur, nam non ſemper homo deteſtatur peccatum, vt eſt Dei offenſa, ſed aliquando aſcendit per gradus, pręcedit enim motus timoris, motum ſpei, & reliquà.

De con-

De contritione solum Cap. VII.

PRimo præposita distintione, contritionis, & attritionis, Iuxta regulam philosophi, videndum est de diffinitione vtriusque, & primo quæritur quid est contritio, & attritio? respondetur quòd licet ex superioribus elici posset diffinitio alterius, tamen facilitatis causa, dicam quòd contritio est detestatio de peccato commisso cum proposito non peccare de cetero, cum voto confitendi, & satisfaciendi, propter offensam Dei, attritio est dolor imperfectus de peccatis, aliqui addunt, quæ causatur ex recordatione turpitudinis peccati, vel ex metu pænarum, cum exclusione voluntatatis non peccandi in posterum, ista patent ex conc. trid. lo. cit.

Secundo quæritur, quot sunt causæ quæ inducunt hominem ad veram contritionem? respondetur quòd sunt multe, prima ex parte Dei nempe, diuina gratia, & misericordia Ioan. c. 15. sine me nihil potestis facere, sunt sex alie causæ ex parte hominis, prima recordatio peccatorum Isai. c. 38. recogitabo &c. Chrisost. secunda turpitudo

pitudo peccati qua impellitur magdalena, Greg. in homel. & conc. trid. tertia vilitas peccati Ioan. c. 8. qui facit peccatũ &c. Hiere. c. 2. quã vilis facta es anima mea &c. quarta timor Gehẽnæ conc. lo. cit. D. Hier. quinta amiſſio æternę patriæ Apoc. c. 3. tene quòd habes ſexta ſpes Veniæ, acto: c. 3. pænitemini vt deleantur peccata veſtra math. c. 3. agite pænitentiam &c. vide pro his D. Anton. 3. p. tit. 14. c. 18. §. 5. ſyl. ver. contritio q. 4. Nauar. lo. cit.

Tertio quæritur vtrum homo ſtatim cõmiſſo peccato mortali, teneatur de illo habere cõtritionem ſub pæna noui peccati? reſpõdetur primo ita videri eccleſ. c. 3. qui amat periculum &c. & eccleſiaſtes c. 5. ne tardes, tamen reſpondetur ſecundo quòd nõ tenetur, iſta eſt communis D. tho. in q. de veritate q. 24. ar. 12. ad 17. Sot. 4. ſent. d. 16. q. 2. ar. 6. Nauar. c. 1. n. 31. ſyl. in ver. confeſſio 1. n. 3. flor. theol. 4. ſent. tract. de contrit. ar. 5. difficul. 2. Dico tertio quod quando quis haberet remorſum conſcientiæ poſt factũ peccatum, & conſiderat granitatem illius, quòd tunc tenetur conteri Allex. de Ales. 4. p. q. 77. memb. 3. ar. 1. D. Anto. lo. cit. §. 2. reſpondetur quarto quan

do

do occurreret periculum mortis, siue naturalis, siue violentæ, vel administrãdi, vel sumendi aliquod sacramentum, vel occurrat aliqua reipublicæ vtilitas, vel necessitas, quod etiã tunc tenetur, & sic possent Intelligi auertitates scripturæ, vel sanctorum in oppositũ Caiet. in quolib. 7. Adria. in 4. tract. de confess. q. 3. Nauar: in 3. p. seuere 27. d. p. dis. 5. loc. cit.

Quarto Queritur quæ sunt ea quæ concurrunt ad veram contritionem? respondetur quòd tria potissimum, primum illud quòd conteritur, & hoc est cor pænitentis Ioel. c. 2. secundũ quo conteritur, & est duplex, mola superior, & est spes diuinę misericordię, & mola Inferior, & est timor pænę, tertium ad quid conteritur, & est ad excludendã omnem maculam, & deformitatem peccati Bonau. 4. sent. d. 16. Asten. lib. 5. tit. 9.

Quinto quæritur vtrũ propositũ emendaudi vitam sit necessarium, adeo quod si ne illo non esset vera contritio? respondetur hic adesse opiniones, quibus demissis compendij causa, Dico propositum emendandi vitam non est necessarium formaliter idest actualiter, hoc est quod homo

quando

quando dolet de peccatis tunc actualiter habeat propositum cauendi in futurũ, sed sufficit tunc virtualiter, vel implicite proponere Deũ non offendere & hoc est quãdo in dolore peccatorum includitur hoc propositum emendandi vitam, probatur, nam vix accidit regulariter, vt aliquis recedat à peccato, quin detestatur illud, & habeat propositum vitandi illud, statim enim ac homo conuertitur ad Deũ, duo illi occurrunt, primum præteritum vt illud detestetur & futura vita, vt illã emendet sac. conc. io. cit. c. 4. præterea potest esse, quòd homo vere doleat de peccatis non cogitãs de futuro actualiter, & tamen potest habere veram contritionem, cum hoc proposito implicite vide D. Aug. tract. 33. in Ioan. in fine.

Sexto quæritur, vtrũ omnes partes posite in definitione contritionis, sint illi necessariæ, & videtur quòd sic, nã definitionis partes sunt sicut numeri 8. methaphi. & ita dolor est necessarius, voluntarie assumptus, similiter, & propter offensã Dei, & cum proposito emendandi vitam confitendi & satisfaciendi alias vel esset coacta, vel propter respectum humanum, vel

Inferi,

Inferi, vel sine voto peccandi.

Septimo quæritur, vtrum votum confessionis in contritione necessaria debeat esse formale, actuale, & explicitum? resp. quòd non regulariter, probatur Ezech. 33. Impietas impij non nocebit ei, &c. tunc argumentor sic, In quacumque hora homo conuertitur ad Deum, consequitur gratiam: sed potest aliquando in subita conuersione conuerti, vt non sit memor præcepti confessionis. ergo tale votum expressum, non est necessarium. Flor. Theol. 4. sent. tract. de sacr. pœnit. art. 1. d. 3. con. 4.

Octauo quæritur, vbi continetur votum implicitum confessionis? respondetur, quòd continetur in voto, & proposito adhibendi remedia, vt reconcilietur Deo per merita Christi, sed remedium quod post baptismum remanet peccatoribus, est sacramentum pœnitentiæ, & confessionis. ergo in illo proposito, & voto continetur desiderium confessionis, & de facto potest contingere, vt homo doleat de peccatis, non actualiter meditans de confessione, sed virtualiter illam includens: nam secus nulla esset contritio, si nullatenus haberet hoc votũ implicitum, vide Sot. loco cit.

Nono quæritur, vtrum homo teneatur, vel debeat certo ſcire ſe numquam in poſterum lapſurum in mortale peccatum, & ita tenere? reſpondetur, quòd non, immo aliquando saperet quandam ſuperbiam, ſed ſufficit hoc ſperare adiutus diuina potentia, ac miſericordia. Innoce. in cap. omnis vtriuſque ſexus. de pœnit. & remiſſ. Nauar. cap. 1. num. 13. ac licet id credere ſapiat ſuperbiam, tamen illud velle, & deſiderare pietatis eſt. Nauar. in cap. qualitas, num. 20. de pœnit. diſt. 5.

Decimo quæritur, vtrum dolor de peccatis debeat eſſe magnus? reſpódetur primo, quòd dolor rationalis, qui eſt in voluntate, debet eſſe maximus omnium dolorum, ita vt magis nobis diſpliceat offenſa Dei, quàm quodcumque malum pœnæ.

Dico ſecundo, dolor ſenſitiuus non eſt neceſſarius, licet ſit bonus, quia fouet coadiuuat, & conſeruat dolorem rationalem, cum legatur ſæpius de eo in ſcripturis pſalmo 118. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, & pſalm. 6. Laboraui in gemitu meo, & alibi pluries. Chryſoſtom. in cap. 1. de reg. iur.

Dico tertio, quòd iſte dolor debet eſſe maximus

maximus omnium appretiatiue, ita vt nullam rem Deo præferamus, & vt ipsum præferamus vniuersis. ergo & dolor peccatorum, qui ex tali amore oritur, debet esse etiam maximus. Matt. cap.4. Qui amat patrem plus quã me, non est me dignus.

Vndecimo quæritur, vtrum de hoc dolore detur certa mensura? respondetur, quod non. ita Hieronym. in cap. mensuram. de poen. dist. 1. & Chrysostom. in lib. de repar. lap. cap. Deus qui. de pœnit. & remiss. cap. talis. de pœniten. dist. 3. & Hierem. 6. loquens de hoc dolore, ait, Luctum vnigeniti fac tibi, vbi comparat dolorem peccatorum luctui matris viduę, cui moritur vnicus filius, de qua vide Luc. 7. & ibi Ambros. & Aug. tract. 43. in Ioann. qui ait, Tu ploras corpus, ex quo discessit anima, & non animam, ex qua discessit Deus. vide S. Thomam 3. par. q. 46. art. 6. Syluest. verbo contritio. §. 1. Nauarr. loco cit. num. 8. & 9. & sic non requiritur indagatio graduum doloris, sed sufficit, quòd sit sufficiens, & propter offensam Dei. vide Vegam in Tridentinum lib. 13. cap. 25. Soto loco cit. in fine.

Duodecimo quæritur, vtrum sit necessaria contritio, vel attritio, adeo, quòd non

possit homo sine illa saluari, & sine hac confiteri sua peccata? respondetur, quod contritio sufficiens est, vt quis saluari possit, tamen sine attritione saltim nequit quis confiteri, quia confessio non solum est recitatio peccatorum, sed præcedat oportet dolor ipsorum, patet locis scripturæ, vnde contritio sine confessione sufficit ad salutem, & hoc probat Gratian. capit. multis, de pœniten. distinct. prima. Diu. Thom. loco citato. quæst. 66. artic. 2. D. Anton. loco citato. §. 2. Nauarr. loc. cit. num. 2. Caiet. in summa. verbo contritio. §. necessariam. Innoc. in cap. omnis vtriusque sexus. num. 1. de pœnit. & remis.

Decimotertio quæritur, vtrum requiratur propositum numquam peccandi venialiter? respondetur negatiue; quia neque de peccato veniali est necessaria pœnitentia, prout dictum est supra, & dicetur infra q. 18. argum. cap. septies. de pœniten. dist. 3. hoc fallit primo, quando in venialibus poneretur vltimus finis, id est numquam cessandi ab eis, vt à multis mendacijs iocosis, vel officiosis, vt in cap. vnum orarium. §. criminis. 25. dist. Secundo fallit quando esset dubium, an sit mortale, vel veniale,

le, prout inferius dicitur.

Decimoquarto quæritur, vtrum homo teneatur semper habere contritionẽ suorum peccatorum, etiam iam alias confessorum? respondetur primo ita videri psal. 50. Peccatum contra me est semper, id est, coram me, exponit August. & Ecclesiast. cap. 5. Depropitiato peccato noli esse sine metu.

Dico secundo, quod aliqui aiunt, tunc teneri, quando occurrunt menti, vt odibilia, seu detestabilia, iuxta illud psal. 118. Iniquos odio habui. argu. cap. duo. 23. q. 4. ratio est, quia nisi de eis habeatur aliquis dolor, esset periculum cõplacendi, in eis. & sic consentiendi in nouum peccatum. Prouerb. cap. 2. Lætantur cum malefecerint. Arist. 3. Ethic. D. Thom. quol. 1. art. 3. Syl. ver. contritio.

Dico tertio non teneri per dictũ Naum cap. primo. ita Nauar. loco citato nu. 32. & aliorum.

Dico quarto tunc teneri, quando esset ita vehemens tentatio, vt expertus esset eam non posse vincere, nisi præuio dolore de peccatis, secundo, ne corrumpãtur habitus virtutis. D. Thom. 1. 2. q. 7. & si ali-

qua loca Scripturæ, & Sanctorum videntur in oppositum, debent intelligi, de exhortatione, vel de habitu pęnitentiæ, August.lib.de vera & falsa pęnit. c.19.

Dico quinto, quòd homo non tenetur tanto tempore pęnitere, quanto peccauit, Nauar.in cap.vide. num.5.de pœniten.distinct.prima.

Decimoquinto quæritur, vtrum teneretur bis habere contritionem suorũ peccatorum, primo quando ea recogitat, antequam confiteatur, secundo, quando actualiter confitetur? respondetur, quòd sufficit semel doluisse per dictum superius flor.Theol.in 4.tract.de contrit.art.1. Nauarr.vbi supra.

Decimosexto quæritur, vtrum post hãc vitam detur pęnitentia, seu dolor, vel contritio de peccatis? respondetur primo, ꝙ post hanc vitam datur triplex status, Paradisi, Purgatorij, & Inferni.

Dico secundo, in pęnitentia esse tria, primum dolorem sensitiuum, secundũ contritionis formam, id est gratiam, tertium effectum contritionis, nempe remissionem peccati.

Dico tertio in alia vita non esse pęnitentiam,

tentiam, quæ ſit meritoria remiſſionis peccatorum. probatur Eccleſiaſt. cap.4. in patria poteſt eſſe deteſtatio peccati cum gaudio, tamen ſine dolore, & ſine effectu remiſſionis, quia ibi eſt gaudium plenum, in inferno poteſt eſſe dolor, tamen ſine remiſſione peccatorum, & ſine gratia, in purgatorio poteſt eſſe dolor de peccatis cum gratia, non tamen eſt meritorius.

Dico quarto, quòd ſi legitur apud Damaſc. in ſer. de mortuis de Traiano, & aliis reſuſcitatis ab inferis, videndi ſunt Sot. 4. ſen. diſt. 45. q. 1. art. 8. & q. 2. col. 7. & 8. Vittor. q. 123. Aſten. lib. 5. tit. 9 Canus lib. 11. c. 2. de loc. theol. Nauar. de hor. can. c. 22. nu. 43. & infra.

Decimoſeptimo quæritur, vtrum ſit laudabile ſæpe meminiſſe peccata patrata, etiam iam alias confeſſa, ad hoc, vt de eis dolor iterum habeatur, & ſic minuat illorum pęnam? reſpondetur, quòd ſi loquimur de peccatis non incitatiuis ad aliquã delectationem, vel animi elationem, vt peccata cernis, vindictæ, & lucri, tunc nõ eſt laudabile, quia eſſet periculũ incidendi in aliquam prauam cogitationem, ſi vero de alijs, tunc bonũ eſt, ſæpe de illis do-

lere, iuxta illud Eccles.cap.5. Depropitia to peccato noli esse sine metu. quod Bern. ponderans ait, quod peccatū remissum assimilatur vulneri sanato, quod licet sanatum sit, tamen remanet cicatrix, ita & peccatum saucians animam nostram. psal. 37. Hieron. in epist. ad Rusticum de pęnit. & habetur in cap. totam. & ibi glos. in ver. cicatrices. de pœnit. dist. 3. vide inferius c. 10. q. 30. D. Tho. in addit. 3. par. q. 4. art. 3. in corp. Sot. 4. sent. d. 14. quæst. 1. Nauar. in c. videre. nu. 7. de pęn. d. 1.

Decimooctauo quæritur, de quibus peccatis tenetur homo dolere, & habere contritionem? respondetur primo videri de peccato originali, psal. 50. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, similiter de alienis peccatis. psa. 18. Ab occultis meis, & ab alienis, &c. similiter de veniali, Prouerb. 14. Risus dolore miscebitur, &c.

Respondetur secundo, solum de mortalibus propriis, præteritis, & præsentibus tenetur homo conteri. ita Syluest. loc. cit. §. 1. Nauar. nu. 10. & 26. Sot. loc. cit. ar. 2. ad loca scripturæ posset dici, quòd intelligūtur, vel de aliqua displicentia laudabilis, vel de bene esse, vel ex superabundanti, &

non de necessitate,vel quādo aliquis fuis-
set causa scandali, vel omissionis, prout
dicam inferius cap. 12.q.6. Matth.18.Na-
uar.c.6.nu.19.conc. Trid.loco cit.can. 5.
& dicitur infra c.10.quæst.34.de conf.vel
quando est contra conscientiam, vel du-
bium, an sit mortale,vel veniale.Nauar. in
cap.consideret. nu.51. & 54.de pen.dist.1.

Decimonono quæritur, vtrum de singu
lit peccatis debeat esse singularis detesta-
tio, verbi gratia, habet quis decem pec-
cata mortalia, an teneatur habere decem
contritiones, seu dolores, vel maiorem
de maiori, & minorem de minori pecca-
to? respondetur quòd hic potest dari tri-
plex intellectus.

Primus, quando homo non recolit pec
cata in particulari, sed in communi dete-
stans illa, vt qui diceret generaliter, Ego
doleo de peccatis meis.

Secundus, quando quis recolit omnia
peccata sua, & detestatur illa in particu-
lari, ita vt tot sint numero detestationes,
quot sunt peccata, vt si quis dicat, Ego
peccaui in tali,& tali loco,& doleo de illo,
& postea peccaui cum tali persona, & do-
leo de illo.

Tertius, quãdo quis recolit omnia pec cata ſua in particulari, & tamẽ vnico actu deteſtatur illa, vt ſi quis diceret, Peccaui ibi, & illic cum tali perſona, tamen doleo me offendiſſe Deum, tot cum peccatis.

Dico ſecundo, ꝙ ſufficit vnica cõtritio, ſiue dolor vniuerſalis de omnibus peccatis, probatur, nam ſi de ſingulis peccatis, quis teneatur ſingulas habere contritiones, ſequeretur, quòd contritio, vel eſſet impoſſibilis, vel nimis tarda, contra illud Ezech. 18. In quacunque hora, i. momento exponunt multi Sancti doctores. præterea, poteſt quis in ictu oculi conteri. ergo non requiritur neceſſario tanta mora, iſta eſt quaſi cõis omnium. d. Tho. loc. ci. q. 87. ar. 1. in corp. & in addit. 3. p. q. 2. art. 6. & q: 3. art. 3. Vittor. q. 18. Caiet. in ſum. ver. contritio, §. modus. Scot. 4. ſen. diſt. 15. q. 1. ar. 4. Pet. Sot. lect. 13. de pęnit. Vege. in Trid. lib. 13. c. 25. Syl. verbo contritio. §. 3. Nauar. cap. 1. nu. 25. Aſtenſ. lib. 5. tit. 3. cum aliis, qui ſunt oppoſitæ opinionis.

Dico tertio, quando quis debet confiteri, neceſſarium eſt, vt recolat omnia ſua peccata in particulari, & diligẽter examinet conſcientiã ſuã, & hoc eſt, ꝙ videntur

abnue-

abnuere auctoritates scripturæ, & sanctorum, quæ videntur sentire oppositum.

Dico quarto, quando quis se parat ad confessionem, aut actu confitetur, non tenetur, vt singulis peccatis, singulas detestationes adhibeat, vel dolores, ista est sẽtentia cuiusdam moderni, quam probat multis rationibus. & ista vna sufficiat pro nunc, nam non est necessaria maior contritio in confessione, quam extra illam, sed extra confessionem non est necesse detestari omnia in particulari, & distincte, vt dictum est. ergo neque in confessione. Nauarrus in capit. de quotidianis. vers. tertio. num. 10. de pœnit. distinctio. tertia.

Vigesimo quæritur, quæ est causa diuersitatis in contritione, & confessione, cum in ea teneatur pœnitens non solum confiteri peccata singulariter, particulariter, & sigillatim, verum etiam circumstantiàs eorum, iuxta sacrum concilium Tridentinum sess. 14. cap. 5. & communem omnium doctrinam? respondetur primo, quòd pęnitens in contritione confitetur peccata sua Deo summo sacerdoti, per dolorem internum, in foro secreto animi, & con-

& consciẽtiæ suæ, cui non est opus omnia indiuidualiter exarare, nam omnia nuda & aperta sunt oculis eius ad Hebr.cap. 3. in confessione vero confitetur pęnitẽspeccata sua homini mortali, qui ignorat ea, quæ sunt in anima, nisi particulariter ei publicentur. iuxta illud Phil.lib.1.perier. tex.2. eorumq. sunt in voce,& primo Regum c.16.Homo videt ea, quæ foris sunt. & illud vulgatum Eccles. Non iudicat de occultis, probatur ratione. nam confessarius, cum sit iudex, debet secundum allegata, & ptobata iudicare, quod nõ posset, nisi ei singula peccata, eorũq. circum stabtiæ manifestentur,conc.Trid.loco cit. & non posset æque ferre sententiã sine manifestatione,l. illud.ff.ad l.Aquil.vide Caiet. in opusc. quæst.2.Aug.serm.3.1.Dom. Quadrag.initio.

Dico secundo ad hoc vt scacerdos possit iudicare de statu pęnitẽtis,ac iuxta delicti grauitatẽ imponere ei satisfactionẽ. Nauar.in cap.consideret.in princ. nu. 16. de pęnit. dist. 5.

Vigesimo primo quæritur, Vtrum sit facienda, vel consulenda comparatio in habendo proposito numquam offendere

dere Deum in futurum, nẽpe, vt pęnitentẽ non peccare, quamuis filij morerentur, vel ſubire tale, vel tale genus martyrij potius quàm committere peccatum? reſpondetur primo, quòd non, quia in quacumq; vera contritione iſta ſub generali quadam conſideratione continentur, vt potius homo vellet quodlibet malũ pati, quàm malo conſentire.

Dico ſecundo, quòd nec pœnitens eſt tentandus his comparationibus, quia datetur ei anſa vacillandi, nã vulgatum eſt illud Philoſ. & D. Tho. quòd magis mouẽt ſenſus, quàm intellectus.

Dico tertio, ſi pęnitenti veniret iſta cõparatio, debet ſuſpendere actum, dicens ſecũ, Si accideret mihi iſte caſus, vt peccandum mihi ſit, vel eligendum aliquod malum, Deus dominus meus mihi ſuppeditabit vires, vt citius eligam quodcũque malum pati, quàm ipſum offendere, Paul. ad Philipp. 4. Omnia poſſum, &c. & alibi ad Rom. 8. Quis nos ſeparabit à charitate Christi, &c. Innoc. in d. c. omnis. D. Tho. & alij communiter, & Nauar. in c. fin. nn. 96. de pęnit. diſt. 5. dicit, quod in quantitate doloris contritionis non eſt facienda com

paratio,

paratio, descendendo ad particularia sensitiua.

Vigesimosecundo quæritur, vtrum sit necessaria contritio, quæ duret per aliquod tempus, an sufficiat instantanea, vel momentanea? respondetur sufficere momentaneam, quicquid dicat Scot. 4. sent. dist. 14. q. 2. & 4. & Caiet. q. 1. de contrit. probatur Deut. 4. Si quæsieritis Dominũ, &c. Ezech. 18. In quacũque hora, &c. probatur secundo, si opinio cõtraria haberet locũ, sequeretur hominẽ in articulo mortis constitutũ non posse saluari, quia non posset habere veram contritionem in instanti, quod non est dicendum. c. nemo, de pęnit. d. 7.

Vigesimotertio quæritur, vtrũ sit præceptum de contritione? respõdetur, quòd sic, ita D. Tho. 3. par. quæst. 88. art. 3. ad 2. Scot. loco cit. probatur Matth. cap. 3. Pœnitentiam agite, &c. in quo loco D. Tho. 2. 2. q. 85. art. 1. ait dari præceptum de contritione, nec potest dici, ibi Christum locutum fuisse de præcepto confessionis, quia tunc non habebat virtutem obligandi, sed loquebatur de pęnitentia virtute, ita Luc. 13. Nisi pęnitentiam egeritis, &c.

Vigesi-

Vigesimoquarto quæritur quãdo obliget hoc præceptum contritionis? respond. primo, relictis opinionibus Alex. de Ales, 4. par. quæst. 68. memb. 2. art. 2. Bonauen. 4. sent. dist. 16. q. 1. ar. 1. S. Tho. in 4. sen. d. 17. q. 3. Sco. 3. sen. d. 17. q. vnica. D. Anto. 2. p. tit. 9. Caiet. 1. tomo opuscu. tract. 17. quòd per se solũ obligat in articulo mortis, per accidens autẽ, quoties quis vult recipere, vel administrare aliquod sacramentũ, ista est cõis recẽtiorũ. Can. ĩ rel. de pęn. p. 4. Med. lo. cit. q, 6. Sot. lo. cit. q. 2. ar. 6. Veg. loco cit. lib. 13. cap. 20. Flor. de contr. ar. 5.

Dico secundo, istud præceptũ non obligat statim patrato peccato. probatur primo ex cõi consuetudine Ecclesiæ, nã nec pęnitẽtes de hoc se accusant, nec cõfessarij de hoc interrogãt. secũdo, quia est præceptũ affirmatiuũ, quod non semper obligat.

Dico tertio, quod non obligat, quãdo peccata occurrũt menti hominis practice, vt quidã volũt, probatur ratione superiori.

Dico quarto, quod nec obligat diebus festis, vt volunt Scot. D. Ant. & alij, quia præceptum de seruandis festis, est distinctũ à præcepto contritionis, & pręceptum illud solum est de cessatione ab operibus serui-

libus.

libus. Syl. ver. Dominica. & Nauar. c. 13.

Dico quinto hoc præceptum obligare in quinque casibus.

Primo in articulo mortis, probatur, quia tunc non superest aliud tēpus homini, vt possit conteri ad quod tenetur de iure diuino, & naturali, & etiam confiteri, si adsit copia confessarij.

Secundo in administratione, & receptione alicuius sacramenti.

Tertio, quando homo patitur aliquam vehementem tentationem, quam expertus est, se non posse illā vincere, nisi præuio dolore de peccatis. glo. in c. ille Rex, in ver. conscientiam, de pęnit. dist. 3.

Quarto in grauissima reipublicæ necessitate, aut temporali, aut spirituali, vt tēpore pestis, famis, belli, hæreseos, & aliorum huiusmodi, ista est Adria. 4. sen. q. 3. de confess. & Pet. Sot. lect. 13. Nauarr. c. 1. nu. 31. probatur, nam eo tēpore homines tenentur placare iram Dei, sed Deus irritatur peccatis nostris. ergo tunc temporis quisque peccator dolere debet de peccatis, verum in hoc vltimo multi dubitant, an ista necessitas obliget omnes, vel solum prælatos ecclesiæ,

Quinto

quem actum, in quo exercendo indiget di
uina gratia ad salutem propriȩ animæ, vel
alterius, vt quãdo quis raperetur ad mar-
tyrium, vel ingreditur rem aliquam diffi-
cilem exemplo Iudith, & aliorum.

Sexto, & vltimo semel in anno tenetur
quis habere contritionem, aut saltem at-
tritionem, quando quis vult confiteri pec
cata sua, quia confessionem oportet præ-
cedere contritionem.

Vigesimoquinto quæritur, vtrũ tenea-
tur semel in anno de iure diuino, an posi-
tiuo, ita vt sufficiat de iure diuino conte-
ri, tantum semel in vita, vt in articulo mor
tis? respondetur primo, quòd extra arti-
culum mortis etiam tenetur homo con-
teri de iure diuino alijs vicibus. proba-
tur, nam præceptum confessionis, & con-
tritionis obligat de iure diuino, aliquãdo
etiam extra articulum mortis, vt dictum
est supra.

Dico secundo, quòd semel in anno præ
ceptum contritionis, vel attritionis est de
iure positiuo, sicut & confessionis, patet
cap. omnis vtriusque sexus. de pȩnitent.
& remiss.

Vigesimosexto quæritur, an quis tenea
E tur

tur habere contritionem ſemel in anno, etiam ſi tunc non poſſet confiteri? reſpondetur primo, quod ſic iſta opinio eſt Durā di, Domin. Sot. Pet. Sot. & Vege. loc. cit. probatur, nam cum quis teneatur ſemel in anno ad confeſſionem, ad quā requiritur contritio, ſi non poteſt confiteri, ſaltem tenetur facere, quod in ſe eſt, nempe dolere de peccatis ſuis, adeſt etiam regula, c. vtile. de reg. iur. lib. 6. vbi dicitur vtile, per inutile non vitiatur.

Dico ſecundo, quód aliqui dicunt, ꝙ non tenetur, ratio eſt, quia Eccleſia ſolum præcipit actus exteriores, cuiuſmodi non eſt contritio. vulgatū eſt enim illud, quod Eccleſia non iudicat de occultis, & iſta opinio poteſt teneri tāquam probabilis, & caſus iſte eſt practicabilis apud homines Chriſtianos degentes apud infideles, vbi non habetur ita facile copia confeſſarij.

Vigeſimoſept. quæritur, vtrū in martyrio ſit neceſſaria contritio (poteſt enim accidere) vt quis exiſtens in peccato mortali repararetur ad martyriū ab infidelibus, vel hæreticis? reſp. quòd aliqui dicunt, ꝙ ſic, prout dictum eſt ſupra q. 24. alij dicūt, quòd non. vide Med. c. de pœnit. q, 2. Sot. de

de nat.& grat.lib.1.c.18.Nauar.c.1.nu.10.

Vigesimooctauo quæritur,quot sunt effectus contritionis? resp. esse multos, sed quatuor sunt potissimi. Primus est delere omnem culpā.c.dixi.& c.magna.de pęnit. d.1. Secūdus commutare pœnā æternam, quæ debebatur ex mortifero peccato in temporalem. Tertius, remittere partem illius temporalis, ad quam mutatur æterna. Quartus remittere pęnā pro peccatis debitam, iuxta maiorem, vel minorem pęnitudinem peccatorum. Caiet.2.to.opusc. q.4.D.Tho.4.sent.d.15.glo.in cap.mensuram,vbi sup. & in c. Deus qui. de pęnit.& rem.in ver.& cōfessis.Nauar.c.1.nu.27.35. & 43.exempla habes in scripturis,de Magdalena, Cananæa, Adultera, Latrone, Paralytico,Lazaro,& aliis.Host.in summa.§. & quis sit effectus, nu.5.de pęnit.& remis. tanta enim potest esse contritio,vt totam radat peccati maculam, & totam remittat pęnam. c.si quis.23.q.4. Nauar.de Iubil.& indulg.not.16.nu. 3.

Vigesimonono quæritur, si per solam contritionem deletur peccatum,cur opus est peccatorum confessione? respondetur, quod hic sunt multi modi respondendi.

Primus est Magistri 4. sen. dist. 18. dicentis, remitti quidem peccatum in foro Dei, tamen remanere obligationem pęnitenti confitendi, ut satisfaciat foro Ecclesiæ, eiusq. pręcepto, & sic sacerdos nō vere absoluit, sed ostendit absolutum, verum hoc non potest stare, omissis aliis responsionibus, breuitatis causa: nam confessio non solū fieri debet de peccatis externis, sed etiam de internis. conc. Trid. loco cit. c. 5. Caiet. to. 1. opusc. q. 2. de cōfess. de quibus non iudicat Ecclesia, & sacerdos dū absoluit, vere absoluit, vt dicetur infra q. 34. c. 16. q. 1. c. 17. q. 1. & c. 24. de absol. & c. 19. q. 1.

Secundus, quòd ex peccato duo oriuntur, culpa, quæ procedit ex deformitate actus, & pęna, quæ debetur ex offensa Dei, vel proximi per contritionem deletur quidē culpa peccati, sed remanet obligatio soluendi illud, quod erat impositū ratione culpæ, & istud fit in confessione, & hoc videtur dicere. Nauar. cap. 1. nu. 15. ver. dixi vndecimo, sed istud mihi non multum videtur satisfacere.

Primo, quia id, quod remanet post contritionem, qua deletur macula, seu culpa peccati est pęna, quæ soluitur a pœnitente

te per ſatisfactionem. ſatisfactio enim ordinatur præcipue ad remiſſionem pęnæ. D. Tho. 3. p. q. 86. ar. 5. & dixi ſuperius c. 4. q. 3. vide Sot. 4. ſen. d. 15. q. 2. ar. 6. in prin.

Secundo, quia in contritione remittitur etiam pęna, vel pars, vel aliquando tota, vt dictum eſt ſuperius. q. 28.

Tertio, quòd in tantum remittitur peccatum per contritionem, inquantum homo habet votum confitendi illud confeſſario habita eius copia adeo, quod niſi habeat hoc votũ, non deletur culpa per contritionem, ita ſac. concil. Trid. loc. cit. Sot. 4. ſen. d. 14. q. 1. ar. 5. & ſic remanet obligatio pœnitenti contrito confitendi peccatum ex pactione quadã facta inter ipſum, & Deum. pſal. 31. Dixi confitebor. Hoſt. in ſum. tit. de pęn. & rem. §. & illud autem.

Trigeſimo quæritur ex hoc, ſi quis hodie habet veram cõtritionem cum voluntate cras confitendi, clarum eſt ex præmiſſis, quòd per illam contritionem, deletum eſt ei peccatum ex præterita contritione, non eſt opus illi amplius confeſſione, an huic ſit remiſſum peccatum, & an teneatur illud confiteri? reſpond. ei remiſsum fuiſſe peccatum, ſed remanere obligatio-

nẽ cõfitendi illud tẽpore debito,& si secus fecerit,iã ille perpetrat peccatum nouum.

Trigesimoprimo, sed vt dilucidius hæc materia difficilis intelligatur, quæritur an redeant omnia peccata iam demissa per il lam præteritam contritionem, vel solum cõmittitur vnum peccatũ nouum, ob confessionem non factam debito tempore? respondetur ex Sylu.loco cit.q.4.ex mente D. Tho.Ray. & Host. & in ver.contritio. §.6.non redire, peccata iã abolita per con tritionem, sed tantum committi peccatũ mortale omittendo confessionem tempore ab Ecclesia præscripto, quam habuit in voto.vide D. Tho.3.par.q.5. art. 1. ad 1.

Respondetur secũdo, quòd homo sciẽs sibi esse remissum peccatum, & se esse vere contritum, adhuc teneretur confiteri, & si non confiteretur tempore debito, pec caret mortaliter, & si sic moreretur, damnaretur, ratio est, quia non adimpleret præceptum de confessione, quod est de iu re diuino, ad quod tenetur Sylu.loc.Flor. theol. 4.sen. tract.de conf.f.380.

Trigesimosecundó quæritur, quomodo verificatur forma absolutionis in homine iam contrito, cui iam remissa sunt pecca-

ta

ta, vt præfertur? respondetur primo, si homo accedens cōtritus, forma dicens. Ego te absoluo, verificatur, quia complet id, quod pęnitēs in corde gerebat; si accedit attritus, vt fit frequēter, tūc vere absoluit

Secundo, Ego te absoluo, verificatur hoc pacto, id est, quantū est ex parte mea; aut ex virtute sacramēti, Ego te absoluo.

Tertio, Caiet. ait. verificari hoc modo, Ego te absoluo, id est, Ego te sacramentaliter absoluo, id est, hoc signo visibili. forma enim pęnitentiæ primo significat actū exteriorem, quem sacerdos formaliter exercet. secundo significat remissionē peccati interius, sicut patet in forma baptismi in c. detrahe. 1. q. 1. Nauar. in cap. ex iis. nu. 10. de pœnit. d. 5.

Trigesimotertio quæritur, quando dicitur, quòd contritio est illa, qua quis dolet de peccatis, quomodo intelligitur? respondetur, quòd ipsa contritio non est dolor peccati, sed proprie est odium, seu displicentia, seu detestatio peccati, ex qua displicentia, odio, & detestatione, oritur dolor, seu ramaricatio peccati. Psal. 37. adeo quod contritio est causa doloris, dolor vero est effectus ipsius. Sot. loc. cit.

 dist.

d.17. q. 2.ar.1.col. 2. vittor q. 115.& 116. infine Nauar.c.1.nu.16.vt si quis vidit suũ inimicum, statim in eo causatur odium, & ex illo odio nascitur dolor de offensa facta Deo saluatori suo caiet. 2. c. opus t. 1.

Trigesimoquarto quia sæpe contingit quosdas infideles adultos conuerti ad fidẽ nostram velleque baptizari, an in eis requiratur peccatorum contritio, vel saltem attritio sufficiens respon. hoc secundum scifficere. sot. 4. 5. d. 6. q. 1. ar. 7. & d. 15: q. 1. ar. 2. & d. 17. q. 1. ar. 2. & de nat. & gra. cap. 15. Nauar. c. 1. nu. 38. Actor. cap. 10. pœnitentiã agite, & baptizetur vnusquisque vestrum. Nauar. in glos. sum 3. p. nu. 35. de pœnitentia dist. 5.

Trigesimoquinto quæritur, quam indaginẽ teneatur facere homo pænitens, pro habenda vera contritione, & facienda integra confessione? resp. 1. quod quatuor reperiuntur in homine, anima, vita, honor, & bona, si pro negotio vitę, honoris, & diuitiarum homo facit adeo exactã diligentiã quod interdũ ducit noctẽ insomnem Aris. 4. eth. c. 3. maiorẽ, ac exactiorẽ debet adhibere pro negotio animæ vbi agitur de æternitate, hinc bene ait sotus.

4. sent. d. 17. quod homo tant diligentiam debet agere ad recolēda peccata sua, quā tam faceret in negocio arduo, quod sibi multum est cordi 2. quia idem præceptum obligat ad confessionis integritatem, & ad reducendum in memoriam tempora, loca, personas, & negocia, quibus versatus est soti lo. cita. 18. q. 2. art. 1. ad 1. argu. 3. & quem actum, siue quæ verba debet dicere, vel in corde, vel in ore pro habenda cōtrictione vide inferius c. 19. q. 23. Host. in sum. tit de penit, & remis. §. vlt.

Trigesimosexto queritur si quis non cōtritus accedat ad sacerdotem, & confiteatur, postea tamen conteritur, an ista confessio sit fructuosa resp. 1: quod Host. in sum. tit. de remiss. §. sed & notandum nu. 2. dicit quod non sibi videtur, rario posset esse, quia contritio debet precedere cum sit prior in ordine, tamē postea dicit quod alij dicunt quod sufficit dumodo postea subsequatur, ratio posset esse pro vt in capite tunc valere, & ibi glos. in verbo ad salutem de consecratione distinctione quarta, & per ea, quæ dicam inferius capitulo vigesimoquinto quæstione 15. & cap. 15. q. 25.

Dico

Dico ſecundo, quòd neceſſaria eſt contritio prius, vel ſaltem attritio, ſicut dictum eſt, aliàs confeſſio eſſet nulla, prout dixi ſuperius cap. 7. q. 12. & inferius c. 21. q. 6. neceſſario enim debet præcedere dolor de peccatis.

Dico tertio, quòd tunc ſufficit contritio ad iuſtificationem non ratione confeſſionis præcedentis, ſed præſentis doloris per gloſſam prædictam. Et Nauarrus in capit. ſi cui. numero quinto. de pęniten. diſtin. 1.

Trigeſimoſeptimo quæritur, vtrum contritio poſſit facile haberi? reſpondetur, quod difficile, niſi cum actu confitetur, vel iam ſtatim ſe confeſſurũ præparet. Nauar. de Iubil. & indul, notab. 15, nu. 5. quia requiritur dolor maximus, prout dictum eſt ſupra. nam ſæpe quis eſt attritus, & putat ſe eſſe contritũ, & ſic ſtat in peccato toto tem pore, quouſque confiteatur. Nauar. in cap. ſi cui. num. tertio. de pęniten. diſtinct. prima.

De iu-

De iustificatione impij, & remissione peccatorum. Cap. VIII.

QVoniam vbi tractatur de attritione, siue contritione, etiam agitur de iustificatione impij, & de remissione peccatorum operepretium duxi, hic nonnulla intexere, quæ ad dictam iustificationem, & peccatorum remissionem pertinere censentur.

Primo quæritur, quid est peccatum? respondetur, quòd est omne dictum, factum, vel concupitum contra legem Dei. Aug. lib. 22. contra Faustum, glo. in cap. ille rex. de pęnit. dist. 3. D. Thom. 1. 2, q. 71. art. 6. Magist. 2. sent. d. 35. & ista definitio amplectitur peccatum mētis, seu cordis, cum dicitur concupitum peccatum oris, siue verborum, quando dicitur dictum; peccatum operis, quando dicitur factum. similiter amplectitur peccatum omissionis & commissionis, de commissione non est dubium, de omissione probatur: nam cum homo omittit facere id, ad quod tenebatur, puta audire Missam die festo, tunc facit aliquod opus, quod committit, dum

omittit

dicitur ignorantia facti; vel in bello iusto interficere Christianum, putans interficere Turchum, vel ignorat aliquam legem prohibitiuam absconditam, vel abstrusam; vt sunt interdum aliquæ extrauagantes, & Bullæ summorum Pontificum, vel pragmaticæ alicuius regni, vel statuta Episcoporum, vel censuræ ecclesiasticæ, & dicitur ignorantia iuris. Nauar. cap. 27. num. 272. notab. 13.

Secundo in subreptione, qui calore iracundiæ percutit, maledicit sine consideratione, vel discursu rationis, immo non incurritur excommunicatio aliquando, quia non fit suadente diabolo. gloss. in cap. si quis suad. diab. 17. q. 4.

Tertio in paruitate, vt furari aliquid paruæ quantitatis, & non incurritur excommunicatio pro tali, sicut die festo ponere xx. puncta, vel facere aliquod artificioli.

Quarto dispensatione, vt non recitare diuinum officium, vel contrahere matrimonium in gradu prohibito.

Quinto, causa iusta, vt comedere carnes diebus prohibitis ex infirmitate.

Sexto, in necessitate, vt furari in extrema necessitate.

Septimo,

Septimo metu vt quæ ob metum cadentem inconſtantẽ virũ paſſa eſt violentiam.

Octauo impotentia, vt non reſtituere quando homo non eſt ſoluendo, vide Syl-ueſt. in ver. Dominica. §. 5. Et in ver. excomunicatio 6. pertotum nau. cap. 27. a nu. 79. & c. 17. a nu. 3. & nu. 61. & infra. cap. de eſu carnis de conſecrat. diſt. 3.

Sexto quæritur, quæ ſunt cauſæ, quæ faciunt de veniali mortale reſpondetur quod ſunt quinque precipue prima vltimus finis, vt ſi quis in mendacijs iocoſis; vel verbis ocioſis adeo conſtituit vltimum finem quod non intendit abeis recedere quãuis mortaliter offenderet Deum ſecundo contemptus vt die feſto, contemnens feſtum non audire conciones contemnendo illam, tertio conſcientia erronea; vt qui facit aliquod veniale, putans eſſe mortalem, & illud faceret etiam, ſi hoc ſciret, quarto dubitationis, vt quando quis dubitat au tale factum ſit mortale; vel veniale, & ita intelligitur D. Aug. in cap. vnum orarium §. criminis. 25. diſt. D. Anto. 1 p. tit. 20. cap. 1. & inreg. in dubijs. nau. cap. 27. nu. 280. quinto ratione affectatæ negligentiæ cap. tres

§. quid

§.quid enim.depenit.d.1.Host.in sum.tit. de pænit.& remist.§·quot, & quæ nu.2.D. tho.1.2.q.88.ar.4.in corp.

Septimo Queritur, quid est prius quando homo peccator conuertitur, vocatio Dei, qua tangit cor hominis peccatoris, vel conuersio ipsius hominis? resp.relictis subtilitatibus, quod prior est vocatio Dei vel interior per internã inspirationẽ, vel exterior per predicationem,vel quid huiuismodi Hiere.c.31.conuerte nos Domine ad te, & conuertemur sac.cons.trid. sess-6.c.7.& si aliquando Ioel. c. 2.dicitur conuertimini ad me hoc dicitur vt moneamur libertatem nostri liberi arbitrij,& ita exponit sec. conci.& Ioan Damas. lib. 4. cap. nu.75.de fide orto:

Octauo queritur quando Deus incipit vocare hominem peccatorem pro vt supra,dum Deus vocat illum voluntas hominis quomodo se habet, vel passiue, an operetur aliquid resp.quod non se habet mere passiue sed operatur dum assentitur diuinæ vocationi.i.illi non repugnat,non cantradicit, sed eam accipit peractionem suam quam producit actiue.

Nono queritur,quæ cõcorunt ordinate

ad

ad iustificationem impij, vel ad remissionem peccatorum resp. quod sex regulariter, 1. motus Dei præuenientis, quo mouet hominem peccatorem Hier. lo. cit. 2. motus fidei ad Hebr. c. 11. 3. motus timoris seruilis ecclesi. c. 1. aliquando motus pudoris Isai. c. ad Rom. c. 6. aliquando motus indignationis in se ipsum hominem, quia fere indignatur se offendisse Deum Hiere. lo. cit. & in c. pænitentia il 2. de pænit d. 3. vbi. Aug. lib. de ver. & fal. pænit. dicit quod pænitentia est quędam dolentis vindicta, aliquando motus conturbationis, vel deliquij, quo homo euanescit, & deficit recordans se peccasse. psal. 97. & 72. & iste timor, non iustificat, sed præcedit iustificationē, & in eo non diu immorandum, sed est recurrendum ad quartum, nempe ad motum spei Math. c. 9. ad Rom. c. 9. Ambro. lib. primo de pęnit. 5. est motus dilectionis. 1. amoris Dei clementissimi 6. est timor filialis, & hoc videmus obseruatum in filio prodigo, & Niniuitis, prout videre est in progresu verborum, & actionum istorum quæ breuitatis causa omittuntur.

Decimo quæritur, vtrum opera pecca-

toris pænitentis ſint prius, quam Deus ei infundat gratiam, vel ei remittit peccata 1.an:peccator pænitens facit aliqua opera bona, & poſt Deus illi det gratiam, vel remictat peccata, an. prius Deus det ei gratiam, vel remictat peccata, & poſtea homo faciat opera bona reſp.quòd caie: 1.2.q.113. ar. 8.& ſot.4.5. d.14.q. ar.6.dicunt quod opera peccatoris pænitentis ſunt prius in genere cauſæ materialis, & poſtea ſequitur infuſio gratiæ, vel remiſſio peccatorum quæ peccatorum remiſſio & infuſio gratiæ eſt prior in genere cauſæ efficientis, ſed ſcot.4.5.d.14.q.2. & Vega in trid.lib.6.c.28.dicunt opera bona peccatoris pęnitentis, prius eſſe quam infuſio gratiæ, & remiſſio peccati, tam in genere cauſæ efficientis, quam in genere cauſæ materialis, & quod opera bona peccatoris pęnitentis non procedunt a gratia infuſa, ſed a libero arbitrio hominis pænitentis adiuto diuino auxilio, & facilitatis gratia, detur homo peccator iſte 1.tangitur a Deo in corde cum auxilio ſpeciali iuxta illud ſurge qui domis, 2.liberum arbitrium hominis accipit illud auxilium ſiue tactum, ſiue excitationem 3. incipit

bene

bene operari 4. Deus ei remictit peccatum seu infundit gratiam, & hoc videtur magis consonum doctrinę sac. conc. trid. quæ sess. 6. can. 5. dicit Deo excitante cor nostrum excitari, & postea can. 6. subiungit nos disponi dolendo pęnitendo, & diligendo, & can. 7. dicit pręparationem nostram esse dispositionem quandam ad renouationem interioris hominis, quis nō videt opera hominis pænitentis prius procedere a libero arbitrio adiuto diuino auxilio, & postea sequi infusionem gratiæ, seu peccatorum remissionem, & ista secunda sententia, magis mihi placet, & est quorunda modernorum.

Vndecimo quæritur quid est prius infusio gratię, vel remissio peccati i. an prius Deus homini peccatori pænitentis remittat peccata, & postea ei donet seu infundat gratiam, & postea ei remittit peccata resp. quod si consideremus hoc ex parte subiecti i. hominis peccatoris pænitentis prius est remissio peccati, quam infusio gratię, si consideremus hoc ex parte agentis i. Dei. prius est infusio gratiæ, verum satis sit hoc tetigisse, nam snnt altioris indaginis, & parum conferunt ad practi-

cam quam intendimus, Ideo illa missa faciamus, tamen pro canonistis facilitatis causa, videnda est gl. in c. magne in ver. dimisit vbi dicit, iustificationẽ, contritionẽ, dilectionem, & remissionem esse simul tempore licet alia pręcedat natura aliã, prout in igne & calore, sole & radijs potest exẽplificari Nauar. in dict. glos. num. 4. d. p. dist. 4.

Duodecimo quęritur, quis sit timor filialis, & quis timor serulis? resp. ex D. Tho. 2. 2. q. 190. per totum, quod timor filialis est ille, quo dolemus de peccato, vt est offensa Dei, timor seruilis quo dolemus de peccato propter pænas inferni vide D. Aug. in. c. sicut seta de pænit. dist. 2. D. Aug. tract. 43. in Ioan iuxta principiũ, dico. 2. quòd timor seruilis assimilatur setæ. timor filialis lino, siue filo dic. cap. sicut seta de pęnit. dist. 2. vide diue August. in tra. 92. in Ioan. vbi exemplificat in Petro ante passionem, ac post Christi resurrectionem.

Decimotertio quęritur, vtrum Deus semper seruet hunc ordinem? resp quod non, sed aliquando plus, minusue, minus vt in D. Paulo actorum c. 9. D. Aug. lib. de gra.

gra.& lib arbit.& in publicano,aliquando plus in Cananea,cęco illuminato, & Magdalena D. tho. 1. 2. q. 12.& 13.vide ſuperius c.7.q.31.nam licet iuſtificatio fiat per motum a peccato in Deum, tamen Deus poteſt iuſtficare hominem, ſine tali motu Nauar.in cap.cōuertimini nu.1.&. 2. de. p. diſt. 1.

Decimoquarto quęritur, vtrum operæ noſtra, quæ precedunt remiſſionem peccati, merentur illam remiſionem peccati? reſp.1.quod diſponunt ad gratiam, & ad dictam remiſſionem 2.quod non merentur illam de condigno, ſed valde congruum eſt diuinæ bonitati, vt peccatori pænitenti ſubueniat, & eum recipiat, quia eſt infinite miſericors, & vulgatum illud faciēti, quod in ſe eſt ex diuino auxilio Deus non denegat gratiam ſuam, & ex parte pænitentis, quia peccatores pænitentes Deus recipit, ergo aliquid reperitur in homine pænitenti, per quod meretur, vt Deus illum recipiat. & illi ſubueniat, ita comuniter Alex.de.Aleſ.4.p.q.54mem.2. D.tho.45.diſt. 17. ar. 4. ad. 4. Bonau. 45. Adrian.quo lib.7.q.4.Vega. in trid. lib. 8. cap. 6.

Decimoquinto quia supra facta est mẽtio de auersione, & interdum de conuersione, queritur quid sit vtrunque, & quomodo causetur in homine peccatore resp. facile omissis subtilitatibus, quod quando homo peccat, duo facit primum auertit se a Deo. i. voluit terga Deo, & dicitur auersio 2. conuertitur ad bonũ sensuale. i. voluit faciem suam ad peccatum, quod comictit, & dicitur conuersio D. tho. 1.2. q.72. ar.5.& q.73.ar.1,& 3.p.q. 86.ar. 4. in corp.ad.1.& ista duo silicet, auersionem,& conuersionem peccatoris explicauit Hiere.cap.2.quando dixit duo mala fecit populus meus, &c.

Decimosexo queritur, quid sit culpa; & quid pæna, & quomodo causetur in homine peccatore resp. quod statim ac homo comittit peccatum aliquod. i. malam actionem, illa mala actio, quia est quedam turpitudo seu deformitas, seu defectus, seu priuatio rectitudinis, rationis, vt ait sot. 4. 5. dist. 14. q. 1.ar.3.& dicitur macula, quia non stat cum pulcritudine gratię D.Tho.4. 5.dist. 14.q.2.ar. 1. illa est culpa peccati, adeo quod mala actio illa dicitur turpitudo, macula, & culpa, postea

vero

vero ex illa mala actione quæ dicitur culpa nascitur pęna, quæ debetur ex ipsa praua actione, verbi gratia, homo furatur, verberat, vulnerat, interficit, mechatur, omnes iste praue, actiones, quia turpes, sunt culpa peccati, & ex, illo homicido, furto, fornicatione, oritur pæna quę debetur ratione illius malę actionis illatæ Deo, proximo, & Ecclesiæ D.tho.1. 2. q. 72.ar.6.incorp.&q.75.ar.1.in corp.Asten. lib.5.tit.23.Hinc fit per contritionem deleri culpam 1.turpitudinem peccati. sed remanere pęnam, soluendam per alia opera bona satisffactoria D.tho.12.q,72. ar.5. ad 1. & 3. p. q. 86. ar. 4. in corp. ratio est, quia quando homo peccat, contra duo facit nempe contra amicitiam Dei, & iustitiam, acquirit amicitiam per contritionem, sed remenet obligatio satisfaciēdi iustitiæ, exemplum habes 2. reg.c. 11. quando Dauid dixit, peccaui, en.contritio, ob quam ei remissa fuit culpa, c. ille rex lo. cit.vnde respondet, natan, Deus quoque transtulit peccatum tuum a, te enacquesitio amicitiæ Dei, tamen remāsit pęna soluenda, cum iterum propheta dixerit, filius qui nactus est ex te, morietur

en ſatisfactio iuſtitiæ conc. trid. ſeſſ. 14. c. 8. deiuſtificat.

Decimoſexo queritur, quid intelligitur per pęnam ſenſus, & quid per pænam damni, reſpondetur, quod pęna damni eſt carentia, ſiue priuatio diuinæ viſionis, quam patiuntur temporaliter animę in purgatorio, ęternaliter pueri non baptizati in limbo, vel damnati in inferis D. Tho. in addit. 3. p. q. 97. & 98. per totum, & ſot. 4. ſen. diſt. 45. q. 1. ar. & d. 50. q. vni. ar. 4. pęna ſenſus, eſt cruciatus, ſeu dolor, quo crucian tur animę vel temporaliter in purgatorio, vel æternaliter in inferno.

Decimooctauo queritur, vnde oriuntur pęnę predictæ reſpondetur quod pęna damni oritur ex auerſione, & ſic habet rationem infinitatis, nã per auerſionem homo elongatur ab infinito bono, pæna ſenſus naſcitur a cõuerſione ideſt ab obiecto, ſeu ab opere malo patrato, & ſic per diuer ſitatem malorum patratorum diuerſę ſunt pænę, vbi maior vbi minor, nam maior pæna pro ſacrilegio quam pro furto, & minor pro fornicatione quam pro inceſtu ſot. 4. ſen. diſt. 15. q. 1. ar. 4. & licet ratione conuerſionis, ſeu operis mali patrati, iſta

pæna

pæna non possit esse infinita, cum omne opus siue malum, siue bonum patratum ab homine, sit naturaliter finitum, tamen est infinita ratione auersionis, & inimicitiæ damnati, quam incurrit homo peccator lædendo Dei amicitiam, & iustitiam.

Decimonono queritur per quod remittitur culpa, & per quid pæna? Respōdetur, quod culpa remittitur per gratiam gratum facientem. remissio pænæ temporalis fit per opera satisfactoria sor. quarto 5. dist. 15. q. 1. ar. 4. & 6. de hac materia iustificationis copiose poterit qnis videre Nauar. in glos. cap. cōuertimini de p. dist. 1.

De præparatione ad confessionem. Cap. IX.

VIso de contritione, iustificatione, & peccatorum remissione, antequā ad secundam partem huius sacramenti accedamus nō inutile duximus de præparatione ad ipsam confessionem aliquid dicere, & sic proceditur.

Primo vtrum antequam pænitens ad suorum scelerum confessionem accedat debeat aliquid facere. respond. quod sic

nam

nam bene examinata conſcientia memorando ſibi ſingula peccata eorumque circumſtantias ſac.conc. trid.lo.cit.c.15.tria meminiſſe opus erit quæ in omni opere perfecto concurrunt iuxta illud ſapi. cap. 11.omnia in nunero, pondere, & menſura, & primo numerum peccatorum.pſal. lauabo per ſingulas noctes ideſt ſingula peccata lectum meū i. conſcientiam meã meam ita D. Anto. 3. p.lo.cit.Iſai.c.38.recogitabo, &c. in tantum quod ſi per negligentiam non bene factæ diſcuſſionis, & examinis conſcientiæ pænitens obliuiſcitur peccatum aliquod vel ipſius circunſtantias neceſſario dicendas in confeſſione ipſa confeſſio non eſſet intrega, & ſic teiteranda iuxta illud pſal.defecerūt ſeru tantes Iacob c. 2. qui totam legem ſeruauerit, &c. Nauar. c. 9. nu. 13.vitto.q.161 cathec.rom.fol. mihi 157. & iſta eſt circūſtantia quoties prout dicetur inferius c. 12. q. 36.

Vigeſimo quæritur, an valeat confeſſio illorum, & maxine ſinplicium perſonarum ſi non adhibent tantam diligentiam in examine conſcientie, anrequam confiteantur, cum propoſito reſpondendi cō-

feſ-

fessario, interoganti, qui sic fuit solitus interrogare, ponendo spem dictis interrogationibus, & ob hoc sit integra confessio? Resp. quod sic Nauar. in c. fratres, nu. 80. & 81. de pç. dist. 5.

Tertio queritur vtrum confessarius teneatur interrogare pœnitentem an adhibuerit diligentem examinationem suorum peccatorum antequam ad eorum cõfessionem accesserit. Resp. 1. affirmatiue, & si inuenerit, eum defecisse debet ipsum dimittere, vt melius se examinet, & redeat Conc. Trid. loco citato, hoc tamen limita nisi adsit periculum mortis, belli, scandali, vel quid simile iuxta illud Ezechiel. cap. 18. in quacunque hora, &c. Hadrian in 4. 5. tract. de confess. Sot. ibi d. 18. q. 3. colum. 3. Scot. ibidem q. 17. Flor. ibi de confess. artic. 4. & vide inferius cap. 13. q. 39.

Dico Secundo, quod peccata oblita ob diligentiam examinis non bene adhibitam sunt confitenda, ac etiam confessa cum tali negligentia, Nauarr. in cap. fratres, num. 65. de p. d. 54.

Dico Tertio, quod tunc maxime, est necessaria ista interrogatio, & examinatio

tio quãdo quis longo tempore ſtetit quin confeſſus fuerit, Nauar. in c. 1. §.diligens nu.14.de pęn. diſt.6.

Quarto debet conſiderare pondus peccati, quia plus mortale quàm veniale, & inter mortalia plus vnum quam alterum, quod neceſſe eſt ad cognoſcendum pœnam patiendam, & imponendam, iuxta illud Apocal. cap. 18.cap.ponderet 50. d. c.conſideret de pœnit.d.5. & pſal.3. Sicut onus graue, &c, Chryſoſt. hom.43. c. 23. in imperfecto, c.alligant 26. q.7. Vide ſuperius, cap. 8.q.16.& 17.

Quinto quæritur vtrum confeſſarius teneatur docere pœnitentem, quæ differentia eſt inter maiorem, vel minorem grauitatem peccati, ſi videt id pœnitentem ignorare. Reſp. affirmatiue, iuxta illud Matth. cap.15.ſi cęcus cęcum, &c. Nauar. c.26.num.18.

Sexto debet conſiderare menſurã peccatorum, quia iuxta eorum menſuram debet correſpondere menſura doloris, Deuteronom. cap. 25. per menſuram peccati, &c. & ca.menſura, de pœn.d.1.& illud Matth. c.4. eadem menſura.

Septimo quæritur, quo ordine erit proceden-

cedendum in ipsa confessione, tam a pœnitente confitendo, quam a confessario interrogando. Resp. quod regula necessaria non inuenitur, & maxime illis, qui sæpe confitentur sufficit enim eis dicere ea quæ fecit, eo ordine, quo sibi bene placuerit, verum quia omnia quæ a Deo sunt ordinata sunt ad Roman. 13. ideo poterit quis procedere per decem precepta Decalogi, primo per septem peccata mortalia, secundo per quinque sensus corporis & habes hunc ordinem in sum. Angel. ver. interrogatio, & luculentissime, D. Anto. 3. p. tit. 14. c. 6. quasi per totum.

Octauo quæritur, vtrum sub pœna peccati mortalis, aliquando confessarius teneatur interrogare pœnitētē. Resp. quod sic quando ex obliuione, vel verecundia, vel ignorātia, vel ex hypocrisi animaduerterit pœnitentem deficere, ac nō integre confiteri sua peccata Angel. in ver. interrogatio, Nauar. in cap. 1. §. diligens. a nu. 1. & infra de. p. dist. 6.

De Confeßione. Cap. X.

PAri modo agendum erit, ac de alijs equiuocis in confeßione, & primo quæritur quotuplex eſt confeſſio, Reſp. quod multiplex, ſed ſeptem ſunt magis vſitatę, prima eſt iudicialis de qua in tot. tit. de confeſſ. ſecunda fidei, Luc. 12. qui me confeſſus fuerit. tertia, laudis Matth. cap. 11. confiteor tibi pater. quarta pro manifeſtatione cuiuſcũq. veritatis Ioan. cap. 3. confeſſus eſt & non negauit, quinta pro obſeruatione decem præceptorum legis pſal. Confitebor tibi in cythara, vel in pſalterio decem cordarum. ſexta publica, ſiue vniuerſalis, quæ fit in exordio miſſæ, primę, & completorij, vel in ſollemni epiſcopali benedictione aliquibus diebus, prout in pontificali, ſeptima ſacramentalis, & de hac erit ſermo.

Secundo quæritur, quo ad quid nominis, vnde dicitur confeſſio. Reſp. quod dicitur cõfeſſio quaſi ſimul faſsio. i. locutio, is enim dicitur confiteri, qui totũ fatetur, & qui cũ alio fatur, cõfiteri proprie nõ dicitur, niſi qui cũ alio loquitur, vt colloquiũ,

con-

concessio, cōdiscipulus, concrematio, iuxta illud Iac. c. 5. Cōfitemini alterutrū, &c. & illud Paulus ad Galat. c. 6. Alter alterius, &c. nam in confessione sacerdos portat onera peccatorum pænitentium, iuxta illud, cap. sacerdotes, 1. q. 1. & pęnitēs portat onus satisfactionis sibi impositę, vt dicitur inferius cap. 25. & dicitur a fando idest loquendo, idest simul fando, idest simul loquendo.

Tertio quæritur quid sit cōfessio. Resp. quod sunt infinite quasi definitiones, seu potius descriptiones, tamen vtar communi, & est debita, seu integra peccatorum declaratio, quæ fit coram proprio sacerdote vbi habes implicite, omnia quæ inferius explicite docebimus, vide Syl. ver. confessio 2. §. 1.

Quarto queritur, an confessio sit de lege naturæ, scriptæ, & euangelicæ, Resp. quod non de lege naturæ, quia in illa non fuit hoc sacramentum, vt patet ex comuni, ergo nec confessio sacramentalis, nec in lege scripta, quia non erant date sacerdotibus claues ad remissionem peccatorum, nec in dicta lege reperitur præceptum quo preciperetur homines teneri

ad

ad confeſſionem peccatorum diſtincte, & explicite, ſed tantum explicabantur in communi, vt patet in Leuit. in lege autem euangelica confeſsio eſt de pręcepto, & de iure diuino Ioan. cap. 20. Quorum remiſeritis, &c, & ibidem ſicut miſit me pater &c. quod Chryſoſt. exponens lib. 3. de Sacram, ait ſicut pater dedit mihi pleniſsimam poteſtatem, ita & ego do vobis, vide Conc. Trident. ſeſſ. 14. cap. 1. 4. 6. 7. & 8. & cap. 5.

Quinto quæritur vtrum confeſsio ſit neceſſaria ad ſalutem? Reſp. affirmatiue, ſuppoſito peccato mortali. 1. neceſsitate medij, patet ex eod. Conc. loco citato, & Conc. Conſtantinop. ſeſſ. 8. & bulla Martini Quinti, ſecundo neceſsitate præcepti, c. omnis. vtr. ſex. de pęn. & remiſſ. Matt. c. 16. & c. 18. & Ioan. c. 20. 3. pręceptũ de cõfitẽdo ſemel in anno eſt eccleſiaſticum, quod declarat ius diuinum.

Sexto quæritur, vtrum confeſsio obliget de iure diuino, & quando? Reſp. primo, quod in articulo mortis, ſiue naturalis, ſiue violente, articulus vero mortis, dici poteſt, quando homo eſt in tali ſtatu, in quo humano more probabiliter

ſolet

ſolet mori,& primo vt ingrediens bellum difficile, ſecundo nauigantes orta tempeſtate aliqua periculoſa: tertio, parientes, quæ expertę ſunt pati magnũ periculum mortis in partu: quarto, qui dubitat valde, ſe caſurum in amentiam: quinto, is,qui certo ſcit,quòd ſibi parãtur inſidiæ ab inimico, quas difficile poteſt fugere abſq. periculo mortis: ſexto, qui aliquo morbo laborat periculoſo, vnde medicis præcipitur,prout in c.cũ infirmitas de pæ. & remiſ.& Pius v.in bulla ſua,& probatur ratione, ſi quis periculo mortis conſtitutus non confiteatur habens peccatũ mortale, exponit ſe periculo mortis æternæ, probatur ex Iacobo, cap. 5. ergo, &c.

Septimo, vtrum extra articulum mortis obliget pręceptum de iure diuino? Reſpondetur, quod ſic. Primo quando quis vellet communicare, quicquid dicat Caiet. Conc.Trid.ſeſſ. 13.c.7. & can. 11. Couar. in c. Alma mater, Sylueſ. ver. conf. 1. q. 2.& ver.Euchar. §.14. Sot. 4. ſent. d. 18. q. 1.art.4. Caſtro contra hæreſes, ver.Euchar. errore 10. Nau.de p.d.5.ſecũdo,quãdo ſecundum iudicium humanum imminet periculum obliuionis peccatorum,

quod tempus Ecclesia semel in anno esse statuit iure positiuo.

Octauo, vtrum quis teneatur confiteri de Iure ecclesiastico, vel positiuo? Resp. quod sic hoc est semel in anno, patet, cap. om. vtr. sex. de pænit. & remiss. & doctor locis cit.

Nono, vtrũ satisfaciat huic præcepto pęnitens, confitendo quauis anni parte; an teneatur in quadragesima? Resp. primo, quod Pet. Sot. lect. 5. de confessione Med. cap. de pænit. tract. 2. de confess. quod probant ex extrauag. Secunda Sixti Quarti, De tregua, & pace, dicunt in quadragesima obligare hoc pręceptũ, alij Couar. loco citato D. Anton. 3. par. tit. 14. cap. 19. §. 5. Cani in relectione de pęnit. maior, 4. 5. d. 17. quæst. 2. & nos dicimus sufficere confiteri, quauis anni parte, Dico secundo, beneuerum est, quod tempus quadragesimæ est magis congruum, & acceptabile, Concil. Trident. loco citato, can. 8. & c. 8. in fine.

Decimo quæritur, vtrum si aliquis post communionem recordaretur peccatum oblitum in confessione, teneatur statim illud confiteri, an possit expectare vsque

ad

ad quadragesimam sequentem, vel annum sequentem? Respondetur, quod si fuit in culpa, pœnitens non bene examinando suam conscientiam, ante confessionem; adeo quod reddiderit cōfessionem nullam quod tunc tenetur statim confiteri, ex defectu confessionis non integræ, & totam reiterare confessionem, nisi eidem confessario confiteretur, cui solum illud peccatum oblitum sufficeret confiteri, pro vt dicam inferius, cap. 13. q. 32. si vero non fuit talis negligentia, sed quę solum reddiderit confessionem infirmam, tunc potest illud differre vsque ad futuram quadragesimam, vel annum, nisi illud peccatum oblitum fuisset inclusum in aliqua quantitate pro vt dicam inferius. q. 16.

Vndecimo quæritur, vtrum si quis habens solum venialia illa confitendo, & postea communicando, si deinde committat peccatum mortale, teneatur illud statim confiteri, an differre vsque ad annum sequentem, & videtur, quod non teneatur statim, quia iste videtur satisfecisse præcepto, cum fuerit rite confessus & absolutus, & communicauit? tamen respondetur, quod tenetur statim, quia præceptum

de confeßione obligat ex neceßitate habentem peccatum mortale, ſemel in anno ſed iſte eſt talis, ergo, &c. nam peccata venialia non confitentur ex neceßitate, ſed ex voluntate tantum, vt dicetur infra q. 34. & 35.

Duodecimo quæritur, vtrum ſi quis, non eſt confeſſus in quadrageſima, aut per totum annum, teneatur ſtatim confiteri tranſacto anno, ſub pæna noui peccati mortalis, & ſpecialis? reſpondetur primo, quod D. Anton. 2. p. tit. 9. cap. 9. §. 3. & Sylueſt. ver. Euchar. 3. §. 18. dicunt, quod poteſt illam differre, vſque ad futuram quadrageſimam, vel annum, quia tranſacto die ieiunij, non tenetur quis ieiunare, ita de recitatione diuini officij, & obſeruatione feſti.

Dico ſecundo, quod Med. Sot. loc. cit. Victo. q. 100. Nau. c. 21. nu. 46. dicunt teneri ſtatim ſub pæna noui peccati, probant, quia iſta eſt obligatio ſolutionis debiti, quæ liceat tranſeat tempus ſtatutum, tamen remanet ſoluenda pro tempore ſequenti, vt patet de debitore, qui conſtituit ſoluere ſtatuta die, ſi in illa non ſoluerit, remanet obligatio diebus ſequentibus

ratio

ratio vero de ieiunijs, horis canonicis,& obſeruatione feſti, non militat in hoc, quia illud eſt onus diei annexum propter reuerētiam temporis,quo elapſo extinguitur, cuiuſmodi non eſt in caſu noſtro.

Decimo tertio quæritur, vtrum iſte cōmittat, vnum vel plura peccata, ſi differat vſque ad annum futurum? reſpondetur primo, quod ſi in actu interiori, proponat multis vicibus, non confiteri, toties, peccat, quoties proponat illud non agere.

Dico ſecundo, quod ſi ſemel ſolū propoſuit, & manet in illo propoſito, vnicum eſt peccatum. ſed magis graue, quo magis durat, probatur, nam qui non confitetur, ſemel in anno, & non communicat peccat mortaliter; c. om. vtr. ſex. de pæn. & remiſ.& præceptum hoc facit hunc ſenſum, vt confeſſio non differatur vltra annum, ergo quandiu differatur, tandiu peccatur, Nauar. cap. 21. nu. 33.

Decimo quarto quæritur, vtrū eadem ratio ſit de cōmunione, ac de confeſſione? reſp. quod ſic Nau. c. 26. nu. 45. licet, Sot. & Med. loc. cit. dicant oppoſitum Vitro. q. 195. & Sylueſt. loc. cit. probatur eiſdem

 ratio-

rationibus, quibus supra, quæstio. 12. nam eadem ratio compellit quemlibet confiteri, & communicare, semel in anno, pro vt dict. cap. omnis.

Decimo sexto queritur, vtrum si quis esset confessus sua peccata, & postea ante communionem recordatur alicuius peccati mortalis, teneatur illud confiteri ante communionem, an confiteri postea, respondetur primo, quod tenetur ante.

Dico secundo, si vero tam est accintus ad communicandum, ita vt non possit discedere a loco, absque scandalo, aut impedimento aliorum quod potest communicare, & postea confiteri.

Dico tertio, sed istam confessionem, non potest differre vsque ad sequentem annum, sed cum primum aderit sibi copia confessarij, quod ita a simili precipit, Concil. Trident. sess. 13. loco citato.

Dico quarto, nisi illud peccatum fuisset inclusum in aliqua quantitate parua, & incerta puta, dixi commisi peccatum quinquies, vel septies circiter, & postea recordabitur fuisse octies vel nouies, prout dicam inferius, cap. 13. q. 18.

Decimo septimo quæritur, vtrum ali-

quan-

quando pænitens teneatur prȩuenire tempus præſcriptum ab Eccleſia? Reſpondetur, quod ſic primo quando ſcit probabiliter, non futurum ſibi copiam confeſſarij, toto illo anno. vnde iſte tenetur habita copia confeſſarij, in principio anni cõfiteri, vel quam primum hoc ſcit, probatur, nam ita præcipit, d.cap.omnis,vt ſemel in anno, quis confiteatur, ſed iſte toto anno non habet copiam, ergo tenetur, quando illam habet, ſicut quis ſcit die feſto non habiturum miſſam, tenetur illam audire primo mane, & hoc poteſt contingere illis qui nauigant ad regiones longinquas longa, vel annali nauigatione, ſecundo quando putat ſe non recordaturum peccati mortalis in quadrageſima, tunc tenetur prius confiteri, Maior. 4. 5. diſt.16.quæſt.2.Caietan. in Sum.ver. confeſſionis, Adrian. loco citato.

Decimo octauo quæritur, vtrum hoc præceptum obliget omnes, & quos? reſp. primo, non infideles, cum non ſint ſub foro Eccleſ.1. Cor. c.5. de his qui foris ſunt nihil ad nos,cap. quod quidam,& cap.extra Catholicam, 1. q.1. & Hoſtie. in ſum. tit.de temp. ord. §.& a quo num. 6. & Sot.

4.5.dist.18.quęst.1.art.3.conclus.1.Angel. ver.confessio.1.num.2. secundo omnes fideles post lapsum in peccatum mortale patet in dict.cap. omnis. & Concil. Trid. loco citato. cap.8. tertio statim, ac homo venerit ad vsum rationis, vel discrettionis annos. quarto, hoc tempus, seu ætas relinquitur prudentiæ, & iudicio confessarij, qui aliquibus factis interogationibus, circa discretionem boni, & mali puero, vel iuueni potest hoc discere, vel scire, quicquid dicat Sot. loco citato, & Allex. de Ales.4.par. quæst.77. mem.1. Dico quinto, aliqui putant (quamuis non approbem) circa annos quatuordecim, nisi malitia suppleret ætatem, Flor. Theol. tract. de confess.art.2.Hostie.in sum.tit.de delict.puer. nu. 2. vers. patet ex superioribus, & tit. de pænit.& remiss. §. quis nu. 7. Dico sexto, hæreticis carceratis tunc concedendus est confessarius, quando vel plene confessi sunt suos perniciosos erro res., volentes verè resipiscere, vel in articulo mortis Syma.de Cathol. Insti. tit. 16.num.30.Pegnas comm. 108. in 1. parte Direct.inqui. super q.49.& tunc practican dum est, prout sacr.Concil.Triden.sess.24

cap.

cap.6.de reform. vide inferius, cap.15.q. 5.12. & 14. & cap. 22. quæſt. 7. & cap. 19. quæſt.9.

Decimo nono quæritur, vtrum pueri, vel iuuenes ſint admittendi ad communionem ſtatim facta prima, vel ſecunda cõfeſsione, vel quando incipiant confiteri, quando volent communicare? reſpondetur, quod nonniſi vno, vel duobus annis prius incipiant confiteri, vt maiori reuerentia, poſtea ſacram. accipiant communionem, Maior. 4.5. diſt. 17. quæſt.2. Nauarr.cap.21.num.33.

Vigeſimo quæritur, vtrum infideles teneantur accipere legem euangelicam ſi eis prędicetur? reſpondetur, quod ſic dices ergo tenētur ad confeſsionem? reſp. quod non, nam non tenetur, quis ad obſeruandas cerimonias alicuius legis, vel religionis, niſi prius accepta illa lege, vel religione patet ex doct.citatis.

Vigeſimo primo quæritur, vtrum confeſsio debeat fieri de omnibus peccatis, & de quibus? reſpondetur primo, quod de venialibus non tenetur, neque de iure diuino, neque poſitiuo, ſiue peccatum veniale ſit cõiunctum cum mortali, ſiue non

D.Tho.

D. Thom. in aditio. 3.par.quæstio.1. art. 5. ad 3. & 3.par. quæst.67. Caiet. quęst.1. de confess.

Dico secundo, quod vtilissima est confessio de venialibus, & vsitata, seu frequentata in Ecclesia Dei Catholica, Concil. Tridentin. loco citato, cap.17.

Dico tertio, quod peccatum originale & peccatum mortale commissum ante baptismum, non est necessarium confitendum, quia per baptismum, iam omnia sunt abholita.

Vigesimo secundo queritur, vtrum monachi teneantur, ad confitendum sua peccata venialia, per Clem. ne in agro Domin. de statu monach. sub pæna peccati mortalis? Respondetur, quod non, quia Clementina iniungit, vt confiteantur, pręsupponens illos habere materiam necessariam, nempe peccatum mortale cuiusmodi non sunt venialia, præterea, quia non est maior obligatio illius Clementinæ, quàm cap. omnis vtr. sex. sed illud non obligat, habentes solum veniale, ergo nec illa, vt patet inferius, quęst.34. & Nauar. in cap. placuit, in gloss. num. 122. dicit Clementinam illam non obligare, non

ha-

habentem mortalia, sed quia delicta quis intelligit, ita potest saluari dicta Clementina, Caietan. 2. tom. quæst. 1. de confessione.

Vigesimo tertio quæritur, vtrum si quis voueret, vel iuraret se confessurum septimana qualibet, si solum haberet venialia teneretur sub pęna peccati mortalis confiteri? Respondetur, quod non, quia non potest plus obligare constitutio, vel obligatio particularis, quam vniuersalis, cap. si diligenti de for. comp. sed vniuersalis illa dict. cap. omnis non obligat nisi habētem peccatum mortale, ergo nec ista, nec obligatio voti, est maioris momenti, quā canonis ergo, &c. quamuis Sot. videatur dicere quod sic, immo Sot. ibi dicit, quod nec Papa posset præcipere sub præcepto, vt peccata venialia necessario confiteantur, vtrumq. est probabile. Dices materia voti præcipua est materia supererogationis idest illius rei ad quam homo non tenetur de pręcepto, ergo hic vouens, facit de non materia, materiam? Respondetur, prout supra alij dicunt, quod teneatur, ratio assignatur a Syma. de Cathol. instit. tit. 9. num. 200. vtrũque potest

test teneri. & Nauar. tenet etiam, quod teneatur, quod probat exẽplo, si quis voueret bis confiteri peccatum mortale, quoties illud committit in odium illius, tũc tenebitur bis illud confiteri, in c. placuit, in gloss. num. 115. de p. dist. 6.

Vigesimo quarto quæritur, vtrum summus Pontifex posset dispensare cum aliquo circa preceptum confessionis? Resp. primo, quod si loquimur de precepto, idest vt homo numquam confiteatur, non potest, cap. inferior de maior. & obed. vbi dicitur, inferiorem, non posse dispensare supra legem superioris, sed confessio est instituta a Christo, ergo, &c. vide etiã in cap. inferior 21. d.

Dico secundo, si loquimur de precepto confessionis, pro determinato tempore, quod tunc potest, quia in dicto cap. omnis determinatur tempus, vide Syluest. in ver. confessio 2. §. 5,

Vigesimo quinto quæritur, quia dictũ est supra, quod quando quis communicaturus est, teneatur confiteri, habita copia confessarij, num in sacramento ordinis, in quo consueuerunt promoti, communicare, hoc sit verum in omni ordine etiam

non

non ſacro? Reſpondetur, quod ſic ſi vellet in eo communicare, Sot. Sylueſt. & Nauar. num. 3.

Vigeſimo ſexto quæritur, vtrum in omni ſacramento adminiſtrando, teneatur ſacerdos confiteri, ſi eſt conſcius reatus mortalis? Reſpondetur, pro nunc, quod non, excepta Euchariſtia, prout dicetur, infra cap. 19. quæſt. 6. immo, & in hoc ſufficeret contritio, ablata copia confeſſarij, probatur, nam ponamus, quod in aliquo loco, ſint decem ſacerdotes, & omnes in peccato mortali, & mane deberetur celebrari, vnus, qui conteritur primo, poteſt audire confeſſiones aliorum.

Dico ſecundo, quod quando poteſt haberi cõmoditas confeſſarij, ſacerdos non debet adminiſtrare ſacramentum, ſi eſt obnoxius peccato mortali, deberet tamen confiteri, non neceſſario, ſed vt ſe ponat in tuto, non fretus ſola contritione, quia ea difficile haberi poteſt, iuxta illud Iſai. cap. 52. mundi eſtote qui fertis vaſa Domini, & Leuit. cap. 19. ſancti eritis, quia ego ſanctus ſum.

Vigeſimo ſeptimo, quæritur, vtrum omnis pregnans teneatur pro vt ſupra? Reſpon-

ſpondetur, ex Nauar. & Flor. loco citat. quod ſolum quando eſſet probabile periculum mortis in partu iudicio obſtetricis vel prudentis medici, vt quando partus eſſet durus, & difficilis, ſed tutius eſt, vt ſe ponat in ſecuritate, nam videntur multas, vicibus multis, bene, & facile peperiſſe, & poſtea in partu minus opinato, mori pię dolore, quia eſt dolor, ſuper doloribus, cui Dauid comparat omnem dolorem pſal. 47. in dolore parturientis.

Vigeſimo octauo quæritur, vtrum omnis nauigans teneatur prout ſupra. Reſp. ex Sylueſt. & Nauarr. loco citato, quod quando eſſet periculum naufragij, Flor. loco citato dicit, quod non tenentur confiteri, quando incipiunt nauigationem, etiam in partes longinquas, niſi adſit periculum mortis imminentis, propter naufragium, vel aliquid huiuſmodi D. Anto. 3. parte, titul. 10. cap. 2. & Paluda. 4. 5.

Vigeſimo nono quæritur, vtrum contrahens matrimonium, teneatur confiteri? Reſpondetur, quod non, quia Conc. Tridentin. ſeſſ. 24. cap. 1. De reform. matrimon. non præcipit, ſed hortatur, verũ tenentur habere ſaltem cõtritionem ſuorum

rum peccatorum, ad hoc ne ponat obicē gratiæ ſuſcipiendę, per tale ſacramentū, clarum enim eſt, omnia ſacramenta conferre gratiam, & hoc ſacramentum ſpecialiter, prout Conc.loc. citato, cap. 1. ſed ponere obicem gratiæ, eſt peccatum mortale, ergo, &c. Sed conſulerem eum, vt cō fiteatur, quia contritio difficilius habetur prout dixi ſuperius. quæſt. 24. & dicam inferius, cap. 19. quæſt. 4. ad quartum.

Trigeſimo quæritur, vtrum ſi quis ſteterit per annum integrum ad confitendū ſua peccata, & ea confiteatur in extremo ſeptimanę ſanctæ, licet confiteatur rite, & integre, & abſoluatur, poſſit admitti ſtatim ad communionem? Reſpondetur, non eſſe faciendum neque permittendum, ſed debet iterum reconciliationem facere, & videre ſi aliqua ſibi veniant in mentem; videtur enim impoſſibile quodammodo poſſe hominem confiteri vnico actu omnia, quæ toto anno geſſerit, & prima ratio eſt, quia non ſtatim corrumpuntur, vel deſeruntur, vel deperduntur, mali illi habitus, per frequentatos actus vnius anni acquiſiti, ſecundo, quia remanent reliquiæ peccatorum: tertio, quia duo cau-

ſat

ſat peccatum in anima, plagam, & turpitudinem, ſanata plaga reſtat citatrix, ita D. Bern. Catechiſ. Roman. tractat. de ſatisf. vide D.Tho.3. par. quæſt.87. artic.5. in corp.Sot.diſt.15.quæſt.1.artic.5.Ioann. de Baſſolis, 4. 5. diſtinct.14. quæſt. 2. art. 1. Angel. in verb. Euchar. 3. num. 36. in fine, Nauarr. loco citato, & cap.21. num. 45. & in cap. conſideret, §. cautus, num. 1.de pæn.diſt.5. hoc tamen limita, niſi adeſſet tanta deuotio, contritio, & integritas pænitentis, vel eſſet periculum in mora pſal.37. Corrupte ſunt cicatrices meæ, D. Hieron.in epiſt. ad Ruſticum,de pęnit. & habetur in cap.totam,& ibi glo.in verſ. cicatrices de pænitent. diſt.3.& dixi ſuperius, cap.7. q.17.

Trigeſimo primo quæritur, vtrum ſacerdos exiſtens in peccato mortali celebrans, abſque pręuia confeſſione, ob aliquam vrgentem neceſſitatem, præſuppoſita contritione, teneatur, quàm primum confiteri? Reſpondetur, quod ſic, ita ſacr. Concil. ſeſſ. 13.c. 7.in fine.

Trigeſimo ſecundo quæritur, quomodo intelligatur hoc quam primum? Reſpondetur primo, quod poſſit intelligi ſtatim

tim finita missa antequam diuertat ad extraneos actus.

Dico secundo, quod sufficit vsque ad mane sequens expectare, antequam secundo celebret, quia sumus in moralibus, vbi ita ad amussim, & punctualiter non proceditur ita Flor. Theol.4.sent.tract.de suscip. Euchar.diffic.3.artic.2.con clus. 6.& magister meus in publica lectura Neapoli.

Trigesimo tertio queritur, cur Ecclesia, non statuit hominem patrato peccato teneri ad illud confitendum? Respondetur primo, quod eadem difficultas, posset moueri de contritione, & de contrahenti matrimonium prout dictum est supra, cap.7.quæst.3.& hoc cap. quest.28. & cap.19.quæst.4.ad 4.

Dico secundo, quod Ecclesia more sui sponsi omnia suauiter, fortiterque disponentis, noluit violentare, seu cogere ad statim conterendum, vel confitendum facto peccato, sed solum quodam determinato tempore, ad hoc vt saltem, semel in anno reuertatur ad suimet cognitionem, facit, quod notat D. Aug. lib. 1. cap.5. de Lib.arbitr. D.Tho.2.2.quæst.10,artic.11.

Alexand.3. par. quæſt. 46. Plato lib.7. de legibus. Syma. de Cathol. inſtit.tit.9.nu. 219.& Nauar.in 3.pat.ſum. num.27.de pæ nit. diſt. 5. vbi dicit, quod Deus, vel Eccleſia ſua miſericordia, clementia, & pietate, noluit nol varie peccare, ſi non ſtatim contereremur, vel confiteremur.

Trigeſimoquarto quæritur, quæ ſit materia confeſſionis? Reſpondetur primo, quod ſatis de hoc tactum eſt ſupra, cap.7. quæſt. 18.

Dico ſecundo, quod non eſt peccatum originale, nec actuale patratum, ante baptiſmum Sot.loc.citato.

Dico tertio, nec veniale neceſſario, Concil.Trident. locn citato, cap. ſit, can. 14.Sylueſt. ver.confeſſio primo,§.14.Nau. cap.21.num.34.

Dico quarto, niſi quando dubitaretur, ſit veniale, vel mortale.

Dico quinto, ſalutare Concilij eſt venialia etiam confiteri, vt faciunt viri timorati, & filij, prout in c. vnum orarium. §.criminis 25.diſt.& D.Auguſt. ſuper pſal. 129.ſuper illa verba, Quia apud te propitiatio eſt, & habetur in cap. tres ſunt §.eſt etiam de pœnit.diſt.1. Concil.loco citat.

ver.ex his colligitur. Dico sexto, quod solum peccatum mortale, proprium, præteritum, & pręsens, quis tenetur confiteri, Syluest.loc. citato, §.1.& verb.confess. 2. §. 1. vel quando esset contra conscientiam, vel dubium, an sit mortale, Nauar.. in cap.consideret, num.51.& 54.de pęnit dist.5.

Dico septimo, si quis confiteretur peccatum mortale, quod non habet, vel de eo dubitat,&confitetur illud tanquam certum peccat mortaliter, nisi id faceret bona fide putans, sibi licere, ad eligendum tutiorem partem, vel pertinere ad sanctitatem. Nauar. de Iubil.& Indulgen. num. 4.

Trigesimo quinto quæritur, si quis in paschate vellet communicare, pro adimpletione, dict. cap. omnis, & est sibi conscius, se non habere, nisi peccata venialia, an teneatur illa confiteri sub præcepto, etiam si nollet communicare? Resp. quod non, quicquid dicat Angelin.verb. confessio. 2.num.4.ita Sot.loco citato, & communiter omnes, ratio est, quia propter solum peccatum veniale, non fuit necesse institui particulare sacramentum, cum sint alia remedia pro illo, Syluest.

loco citato, §.14. & dictum est superius, c. 2. quæst. 18. Host. in sum. tit de pænit. & remiss. §. tu dic, num. 8. ver. 1. & infra.

Trigesimo sexto quæritur, quando obliget præceptum de sacra communione? Resp. primo, quod de iure positiuo obligat in paschate, ita in dict. cap. omnis, & tempus currit a Dominica palmarum, vsque ad octauam ipsius paschatis inclusiue, per declarationem Eugenij Quarti, ita Syluest. in verb. Euchar. 5. §. is ver. secundum Caieta. in sum. ver. communio, §. tertium Flor. Theol. in 4. tract. de suscip. Euchar. fol. mihi 67.

Dico secundo, quod de iure diuino in articulo mortis, Ioan. cap. 6. nisi manducaueritis carnem, &c. D. Thom. 4. senten. dist. Sylu. in verb. Eucharistia 3. §. 1.

Dico tertio, quod dict. c. omnis vtriusque sexus. potest tolli consuetudine, cum quis, quouis die quadragesimæ possit cõmunicare, & adimplet præceptum, Nau. in cap. consideret, §. tenet, num. 1. de pæ. dist. 5.

Trigesimo septimo quæritur, vtrum si in Iubilæo diceretur, vt qui voluerit illud consequi (pręter alia requisita) debeat

infra

infra talem, vel talem septimanã sua peccata confiteri, & ille non confiteretur, nisi mane die Dominica illius septimanæ, an satisfaciat Iubileo, & per consequens illius gratiam consequatur? Respondetur, quod sic, ratio est prima, quia fauores sunt ampliandi, cap. odia de reg. iur. lib. 6. secũda, quia intentio summi Pontific. est, vt ille tempore communionis sit in gratia, hoc etiam tenet, Sot. 4. sent. dist. 21. quæst. 1. artic. 3. colum. 4. & multi recensiorum, & dixi in praxi mea Episco. in verb. Indul- §. decimo, idem Nauarr. tractat. de Iubilæ. & Indulg. not. 19. num. decimonono, vers. 10.

Trigesimo octauo quæritur, vtrum si in Iubilæo diceretur, vt debeat visitari, talis, vel talis Ecclesia, tali, vel tali die, si quis ob aliquod impedimentum non posset de die, an visitando dictam ecclesiam de nocte sanctificat? Respondetur, affirmatiue patet eadem ratione qua supra, & insuper quia mens summi Pontificis, est consulere, & prouidere commoditati vniuscuiusq. fidelis gratiam Iubilæi consequi volentis facit l. more Romano de fer.

Trigesimo nono quæritur, vtrum sic ne-

cessarium confiteri peccatum mortale, quod ipsa confessarius scit? Respondetur, quod sic, quia est iudex & debet iudicare secundum allegatam, Nauar. in cap. consideret, num. 61. de p. d. 5.

De conditionibus confessionis. Cap. XI.

PRimo queritur, quas conditiones habet confessio? respondetur, quod sexdecim, quarum aliquę sunt necessariæ, aliquæ ad bene esse, siue ad ornatum, & maius meritum, pænitentis, quas passim reperies, in doctoribus, quibusdam versibus.

Prima simplex, idest, vt peccata confiteantur sine palliatione verborum, & obscuritate, sed prout iacent, vt sacerdos possit scire realitatem peccati, ita Daniel, cap. 9. Domine in simplicitate cordis mei, &c. & ista conditio est necessaria, adeo quòd, si peccatum palliaretur in tantum, quod non posset confessarius illud percipere, esset reiteranda confessio, quia non integra.

Se-

Secunda humilis, ideſt vt fiat cum ſignis animi ſummiſſi flexis genibus, oculis in terram dimiſſis, capite diſcooperto, ita Dauid, 2. Reg. cap. 12. Proſternens ſe in terram, dixit peccaui, & ideo in pſal. dicebat Humiliaui in terra vitam meam, & iſta conditio eſt de bene eſſe, nam poſſet fieri confeſſio ſedendo, deambulando, in lecto iacendo, etiam cum capite cooperto, ex cauſa, niſi fieret in contemptum Hoſt. in ſum. tit. de pænit. & remiſſ. §. qualiter ſacerdos, num. 46.

Tertia pura, ideſt vt fiat recta intentione, vt placeat Deo confitendo, quem offenderat peccando, vt Salomon, 3. Reg. c. 3. placuit ſermo coram Domino, vel pura ſine mixtura verborum, nè obſcuretur veritas actus peccati, & ſecundum hunc vltimum, iſta conditio eſt neceſſaria.

Quarto fidelis ideſt, ſine mẽdacio, & maxime, in his quorum veritas neceſſario requiritur in confeſſione, alioquin mentiri in confeſſione, in materia peccati mortalis, erit peccatum mortale, & in veniali, veniale, quicquid dicat Caietan. & in primo caſu eſſet reiteranda confeſſio, quia non eſſet integra pſal. 144.

fidelis Dominus in omnibus verbis suis.

Quinto frequens, idest vt fiat post commissum peccatũ D. Ambr. in cap. ille Ræx. de penit. dist. 3. sed ista conditio est de bene esse, pro vt dictum est super cap. 7. q. 3. & cap. 10. q. 28. & 33.

Sexta nuda idest ne obscuretur peccatum, verbis oscuris, siue dubitatiuis, ita Dauid. 2. reg. cap. vlt. ego sum qui peccaui, vel accusando se, & non se excusando D. Hiero. in hom. super Matth. cap. 9. supet illa verba, vidit hominem sedentem in toleneo nomine Matheum:

Septima Discreta idest vt fiat verbis honestis, & maxime, explicando peccata carnis 2. discreta idest explicite cum suis debitis circumstantijs. 3. discreta idest ad inueniendum idoneum, & habilem confessarium, Iuxta illud Matth. cap. 15. si cęcus cæcum ducit & cap. 4. discreta quo ad narranda peccara, vt quæ simul exprimi possunt, simul confiteantur vt si decies peccasti, dicas decies, & non semel, & postea bis, & postea ter, ita Caiet. in sum. ver. confessio, & ista conditio, quoad secundum intellectum est necessaria.

Otaua libens idest propter Deum precipue,

ci pue, & ista est necessaria, pro vt dictum est supra cap. 1. q.3.

Nona verecundia, idest ne fiat confessio more narrationis fabellę, historiæ, vel cuiusdam sermonis, vel ridendo, vel cum parua deuotione, vel cum leuitate, vel miscendo verba inutilia, sed cum pudore cordis, & rubore vultus iux.illud publicani Luc.cap.18. conc.trid. lo. cit.& ista est necessaria, quo ad explicationem peccati.

Decima integra idest ne taceat peccatum mortale, vel veniale, si dubitet esse mortale, vel circumstantias necessario confitendas, & ista est necessaria simpliciter, prout in cap.sequenti.

Vndecima secreta, idest vt solo confessario audienti, confiteantur peccata, & ista non est omnino necessaria, quia posset confiteri publice si vellet, nisi immineat scandalum, vel in vindictam suorum scelerum, vel ad suimet humiliationẽ vel ob alienum exemplum, vel ob Ecclesię offensæ edificationem, Nauar.cap. 2. nu. 5.conc. trid.lo.cit.cap.5. &.6. exempla plura habes in historijs, & vitis sanctorũ, & precipue in histor.tripar.lib. 9. cap.35.

vide

Duadecima lacrimabilis ideſt cum debita preuia contritione, vel ſaltem attritione cognita contritione prout ſup. cap. 6. q. 1.2.3. & 4. ita Dauid, Magdalena, & alij, & iſta eſt neceſſaria pro vt dictum eſt ſuperius cap.7.q.12.

vide inferius capitulo decimequarto.

Tertiadecima accelerata, vt qui frequẽter labitur, ſæpe reſurgat pſal. ſepties indie, & c.& D. Ambro. ego quoniam aſsidue pecco, aſsidue medicinam aſſumere volo, & iſta eſt neceſſaria, in articulo ſeu periculo motis, pro vt dutnm eſt ſupra.c. 10.q.6.

Decimoquarto fortis ideſt cum fidutia, ne propter verecundiam, vel timorem relinquat aliquod peccatum ſeu cir cumſtantiam inconfeſsione, & iſta eſt neceſſaria, vel cum ſpe veniꝫ cap. nemo de pænit diſt.5. iuxta illud Matth. c. 9. & ad Rom. cap. 9. confide fili, remittuntur tibi peccata tua, alioquim eſſet cum deſperatione, vt de Iuda, & alijs.

Decimaquinta accuſans ideſt vt homo accuſet ſe, nõ carnẽ, diabolũ, vel mundum vel tentationem, vel occaſionem ſed ſe ipſum iuxta illud preuer.cap.18. Iuſtas in prin-

principio ſermonis eſt accuſatur ſui , & alibi , dic tu peccata tua , vt iuſtificaris Iſai.cap.43.&iſta eſt neceſſaria quo ad ſui met accuſationem ,diuus Ambroſ. lib. 2. de caim , & Abel.cap.9.Ariſto.lib.7.Ethi. cap.7.

Decimoſeſxto parere parata ideſt vt ſit paratus ſatisfacere iniuctam ſibi tolerabilem pænitentiam a confeſſario, vel in hoc , vel in alio ſeculo , ſaltem hic , qualem, ſed de hoc vide inferius cap.25. q.9. vide ſiylu. ver confeſsio. 1. §. 1. D. Ant. 3.p.tit.14.c.18.a §. 1. & infra Nauar. cap. 2. vide Hoſtie. in ſum.tit.de pęnit. & tem. §. qualis debet eſſe confeſsio.

Decimoſectimo queritur vtrum confeſsio poſsit fieri capite cooperto ſedendo.ambulando,iacendo,equitãdo cum cõfeſſario .Reſp.quod ſic cum cauſa, et ſi cauſa abeſſet nõ ideo vitiatur modo cõcurrãt omnia neceſſaria , quia tũc propter in reuerentiam eſſe tpeccatum veniale Nauar. in. ca. fratres n. 11.de p. diſt. 5.

De circunstantijs peccatorum. Cap. XII.

PRrimo quæritur, quid sit circunstantia, quo ad quid nominis, & quoad quid rei? Respondetur, quoad primum, quod est qualitas quędam, siue conditio, quæ stat circa aliquem actum, siue humanam actionem, & facit, vt illa vnica actio circundata tali qualitate habeat aliã malitiam, verbi gratia, furtum est quidam actus humanus, si fiat in ecclesia de rebus ecclesiæ, ista est qualitas, quæ stat circa illud furtum, & qualificat illud, quod si fuisset tantum furtum, esset vnum peccatum, sed illa qualitas sacra, facit quod sint duo peccata: similiter fornicatio est quidem vnum peccatum, quia est vnica actio, si fieret cum vxorato, vel maritata, est qualitas qualificans illam fornicationem, & facit adulterium, sicut furtum illud facit sacrilegium, quo ad quid rei, D. Tho. 1.2. quęst. 7. artic. 2. & alij communiter dicunt, quod circunstantia est accidens actus humani, quod attingit illum extrinsece,

ce, vt patet exemplis ſupra poſitis, verbi gratia, verberare, ſeu interficere, eſt quidem actus humanus, ſed ſi verberatus vel occiſus eſſet perſona Eccleſiaſtica, iſtud eſt accidens, quod tangens illam verberationem, vel interfectionem, facit eam ſacrilegam, hic poſſent multa dici ſubtiliter, quę cauſa compendij, & practicę ſtudentes omittuntur, vide Sot. 4. ſent. diſt. 18. quæſt. 1. artic. 5. Sylue. cum alijs in ver. circunſtantia, Nauar. c. 6. per totum.

Secundo quæritur, quot ſunt genera circunſtantiarum? reſpon. quod ſunt quinque; primum impertinentium, ſecundum alleuiantium, tertium aggrauantium notabiliter, quartum aggrauantium in infinitum, quintum mutantium, ſeu dantium ſpeciem D. Anton. 3. par. tit. 16. cap. 17. §. 6. & Palud. cum alijs communiter, exempla horum habebis inferius ordinatim, Nauar. in cap. conſideret in principio, num. 5. de pæ. diſt. 5.

Tertio quæritur, an circunſtantiæ impertinentes, ſint confitendæ? reſpondetur negatiue, vt dicere interfeci hominem, ante, vel poſt prandium, manu dextra, vel ſiniſtra, & ſic de alijs.

Quarto

Quarto quæritur, vtrum circunſtantiæ alleuiantes, ſint confitende? reſpondetur, quod cum ſint in triplici ſpecie, quædam alleuiantes parum, quædam multum, & quædam in totum, tunc dico, quod ſi alleuiant parum, non ſunt confitende, vt ſi quis dicat furatus ſum aliquid, quia illud mihi multũ placebat, vel fornicatus ſum cum aliqua, quia prouocatus ſum nimia eius pulcritudine, vel quia fui ſollicitatus ab ea, quia iſta pro nihilo reputantur, vt Adam ſe excuſauit, dicens mulier, quam dediſti mihi, &c. Gen. cap. 3. Sylueſ. verb. confeſſio, 1. §. 9. Sot. loco citato. quæſtio. 2. artic. 4. ſi alleuiat multum, vt ſi dicat puella peccaui cum homine quodam, quia fame peribam, vel quia nuda eram, vel ſi quis dicat interfeci hominem, quia me laceſſiuit iniuria, vel calore iracundiæ potius quàm animo premeditaro Marc. Tul. primo offic. & iuſtitia exterior mitius, punit caſum in rixa factum & durius præmeditatum, ſi alleuiat in totum, vt interfeci hominem, vim vi repellendo, vel comedi carnes diebus prohibitis, quia egrotabam, vel furatus ſum in extrema neceſſitate, vel non reſtituo debita, quia non

ſum

ſum ſoluendo, iſta circunſtantia, neceſſario debet cõfiteri, alioquin committeretur peccatum confitendo, illud eſſe peccatum mortale, quod re vera non erat, & ſic non eſſet integra confeſſio, & conſequenter reiteranda, Sot. & Sylueſt. locis citatis, vide inferius, cap. 8. quæſt. 5. vide Syma. de Catthol. inſti. tit. 17. a num. 12.

Quinto quæritur, vtrum circunſtantia aggrauans notabiliter ſit neceſſario confitenda, vt ſi quis furatus eſt centum ſuſſiciat dicere, commiſi furtũ, vel ſi quis blaſphemauit Deum, vel beatam Virginem ſufficiat ei dicere blaſphemaui ſanctum? Reſpondetur, quod Duran. *Palud.* Riccard. Bonau. 4. ſent. diſt. 16. & 17. Adrian. ibi q. de confeſſione, Sylue. verb. confeſſio 1. quæſt. 9. num. 10. Med. tract. de confeſſ. Victo. & Nauar. loc. citat. & in cap. conſideret de pęnit. diſt. 5. dicunt quod non eſt neceſſario confitenda, ſed quod ſit laudabile, & hanc ſententiam amplexantur omnes recentiores, Couar. de ſponſal. 2. par. cap. 1. num. 14. Concil. Tridentin. loco citato. capit. 5. Nauar. in capit. conſideret. in principio, num. 6. de pæn. d. 5.

Primo, hinc fit quod ſit quis commiſit

ſtuprum

ſtuprum non tenetur exprimere gradum, per cap. non debet de conſag.& affinit. ni ſi fiat reſeruatio, quæ communiter fit vſque ad ſecundum, vel etiam quartum gradum, ſimiliter ſi quis blaſphemauit Deũ, vel Deiparam, quia paſſim iſti ſolent eſſe caſus reſeruati, ſimiliter blaſphemię hereticales, idem de furto, quod ſolet reſeruari, vſque ad certam ſummam, vide Syluest. verb.confeſſio, 1.num.10.§.9, Nauar. cap.6.num.7.Hoſti.in ſum.tit.de pænit.& remiſſ. §. cui confitendum,num.14. prope finem, vbi tractat de caſibus reſeruatis Epiſcopo.

Secundo fit ſi quis haberet rem cum cõcubina tota nocte,non tenetur exprimere hanc grauitatem,ſufficeret enim confiteri numerum peccatorum, quia ad hunc confitendum tenetur, vt etiam ſi quis vulneraret aliquem vnico, vel pluribus verberibus, quia tunc teneretur exprimere numerum, ratio eſt, quia, quot ſunt ictus tot ſunt peccata, nec eſt ſimile de interficiente multis ictus, quia omnes illi ictus, tendunt ad vnum finem nempe homicidiũ ,2,finis in moralibus dat formam, D. Tho. & in 1.2.q.18.art.4. incorp. ſimiliter de illo

qui

qui cogitauit interficere, aliquem multis vulneribus, quia vnicum est peccatum, propter vnicam volitionem. Syman. de Cathol. instit. tit. 8. num. 19. Couar. lib. 2. var. resol. cap. 10. tamen Nauarr. in cap. consideret in principio, numer. 48. & infra dicit, quod si quis eadem cogitatione continuatis actibus, vel continuatis vulneribus, ter pugione percusserit clericum vnica est excommunicatio, vnicum est peccatum secus vero si percutit, & postea trahit per terram, nam tunc due sunt excō-municationes, & duo peccata, cap. cum pro causa de sent. ex Ioann. Andreas in regula delictum, secus etiam, si quis continuando actum fornicationis, bis coiret eadem cogitatione, quia vna actio, non ordinatur ad aliam, ita Nauar. loco citato, & Caietan. 1. tom. opus. de 17. resp. resp. 15. hic possent multa dici vltro, citroq. sed breuitati, ac facilitati studentes, prætermittuntur.

Tertio, si quis habuit odium in proximum, aut desiderium vindictæ, aut turpē aliquam cogitationem per mensem, non tenetur confiteri grauitatem, dicendo, per mensem, ego fui in tali desiderio, vel vo-

luntate, nisi interrumpisset actus, & desideria, prout dicam inferius, quæst. 34. sed difficile videtur aliquem per mensem habere huiusmodi cogitationes, sine aliqua intercapedine, & ideo debet confiteri toties, quoties interrumperit, dicendo ego habui desiderium tot vicibus patrandi tale, vel tale peccatum, & tunc est circunstantia quoties, & ideo confitenda, non vt est aggrauans notabiliter, quæ sit necessaria debere exprimi.

Quarto si Episcopus, vel sacerdos, vel diaconus, & sic gradatim commiserit peccatum carnale, vel quid simile num peccet plusquam subdiaconus, & sic mutat speciem? respondetur primo, quod plus peccat, sed non mutat speciem, ratio est, quia votum castitatis in episcopo, sacerdote, diacono, & subdiacono fundatur in ordine subdiaconatus, cap. vnico de voto, lib.6. Concil. Triden. sess. 23. c. 13. de reformat. Cathec. Roman. de sacr. ordin. tract. de subdiac.

Dico secundo, quod licet sit circunstantia aggrauans notabiliter, tamen non est necessaria confitenda, sufficeret enim dicere se habere ordinem sacrum.

Dico

Dico tertio, secus esset si esset religiosus, qui emiserat professionem expressam & sollemnem, & haberet ordinem sacrum, quia modo concurrunt, duo videlicet, ordo sacer, vbi est implicite votum castitatis, & professio vbi est explicitum votum eiusdem castitatis, similiter si quis haberet votum simplex, vel iuramentum castitatis, vel quid simile, quia concurrunt plura vincula, & sic plura peccata.

Dico quarto, secus quando fieret reseruatio, vel in incestu, vel in quantitate furti, vel in blasphemia, vel in gradibus ordinum, quia tunc tenentur exprimere, gradum, siue quantitatem, siue grauitatem, Doct. loc. citat.

Sexto quæritur, vtrum circumstantia scandali sit neccessario confitenda? Resp. primo, quod tunc: quando quis ita peccat in presentia aliorum, quod alij taliter scandelizantur, quod sumunt occasionem peccandi, alias non peccaturi dico 2. quando quis faceret aliquem actum quo indendit prouocare alium ad peccatum mortale ita D, Th. 2. 2. q. 43. Adria. in 4. sen. quæst. de confes. Sylu. in ver scandalum q. 3. Nauar. lo. cit. n. 19.

Dico tertio si quis facit aliquem actum, siue malum, siue bonum, siue indifferentem, habentem speciem peccati, ex quo offenditur proximus, tamen non fit animo prouocandi illum ad peccatum mortale, tunc hoc non est neccesariò confitendum; Dico 4. hoc limitatur nisi fiat reseruatio casus de concubinatu cũ scandalo, vel sine scandalo, publico, vel secreto quia tunc ista circumstantia debet necessario confiteri, patet ex predictis: Dico. 5. quod solum scandalum est necessario confitendum in secũdo, & quarto casu Nauar. in cap. consideret. §. animaduertere nu. 8. d. p. dist. 5.

Sexto quæritur, vtrum circumstantia recidiui, sit necessario coufitenda? resp. primo, ex Syluest. ver. confessio 1. §. 10. quod tribus casibus, 1. quando pænitens intelligit sibi non applicari debitam medecinam, nisi explicando recidiuum 2. quando teneret se non bene posse explicare grauitatem peccati, nisi confitendo recidiuum. 3. quando à sacerdote de hoc interogatur. Dico, 2. quod licet ista doctrina sit bona, tamen non est necessaria, nisi quando penitens esset in maximo pericu-

culo

culo, cui alia via subuenire non posset, nisi explicando recidiuum Dico 3. quod probabilis, & securius mihi videtur tunc debere confiteri recidiuum, quando pęnitens propter illud indiget medicina preseruatiua, nam qui sæpius recidiuauit in eadem peccata, vix euadere potest, ne iterum labatur in illa, absque diuino auxilio quod potest habere ex medicina illa preseruatiua iuxta illud Ioan. cap. 5. vade, & amplius noli peccare: Dico 4. confessarium debere interogare pænitentem, si pluries in illud peccatum lapsus est, quod modò confitetur, & similiter pænitentem debere illud confiteri, & tunc maximè quando fuit multoties ab eisdem peccatis recidiuatis liberatus, ob quæ incurrerit aliquod graue periculum, à quo fuit pariter ereptus, & tunc maxime quando cõfiteretur sacerdoti ignoto vide Sot. 4. sent. dist. 16. q. 1. ar. 4. D. Anton. 2. par. tit. 3. cap. 9. §. 4. Ioan. de Bassolis. 4. sent. dist. 22. q. vnica. ar. 1. sum. Pis. cum suppl. ver. confessio. 2. Angel ver. confess. 1. nu. 11.

Octauo queritur quomodo intelligitur circumstantiam mutare speciem? Respondet quod hoc potest tripliciter con-

ſiderari 1. quando de veniali mutatur ſpecies ad aliud veniale, verbi gratia dicere mendacium iocoſum, ad hoc vt alter, dicat aliud mendacium officioſum, 2. quando de veniali mutatur ſpecies ad mortale, vt dicere mendacium iocoſum, vel officioſum; ad hoc vt aliquis blaſphemet, vel detrahat famæ proximi, 3. quando de vno mortali, mutatur ſpecies in aliud mortale, vt furari rem ſacram, vel verberare perſonam; ſacrum eſt aliud, 4. quando ſola circunſtantia facit quod. Illud quod per ſe non erat peccatum fiat peccatum vt facere eleemoſinam ob vanamgloriam, habere rem cum vxore in loco ſacro, inmoderratus cibus die ieiunei: Nauar. in cap. conſideret in princip. nu. 1. & 2. de p. diſt. 5. tuncdico quod primo modo non eſt neceſſariò confitendæ, ſecundo, & tertio ſic, præterea poteſt contingere aliquãdo, quod vnum peccatum mortale, ſecum trahat quinque, vel ſex, vel plures ſpecies peccatorum mortalium, vt deflorare virginem, monialem, conſuratum, conſanguineam, cum raptu, nam primo eſt fornicatio: ſecundo eſt ſtuprum, tertio ſacrilegium, quia conſecrata, quarto inceſtũ,

quia est consanguinea, quinto raptus.

Nono quæritur, quæ est circunstantia aggrauans in infinitum? Respondetur primo, quod alij dicunt, esse eamdem cum ea quæ mutat speciem, alij dicunt esse eamdem, cum circunstantia quoties, sed primum mihi non placet, quia potest esse circunstantia mutans speciem, & tamen non aggrauat in infinitum, vtputa, quod vtrũque esse veniale, vel vnum mortale, & alterum veniale, modo enim est mutatio speciei, sed non aggrauatio in infinitum, vt patet exemplis prædictis, D. Anton. loco citato in 5. cond. sed tunc dicitur proprie in infinitum aggrauare, quando mutat speciem de vno mortali ad aliud mortale peccatum, hac ratione; quia vna species, cum nõ possit attingere naturam alterius speciei, dicitur distare in infinitũ mortaliter, vel moraliter, Sot. loco citato, Ang. ver. circunstantia, §. 2. Syluest. ibidem tabie. in ver. matrimonium, 3. §. 10. D. Tho. 4. sent. dist. 16. quæst. 3. artic. 2. D. Bonau. ibidem, dist. 17. quæst. vlti. Duran. ibidem dist. 16. quæst. 4. Scot. ibidem, dist. 17. articul. 2.

Decimo quæritur, quot sunt circunstan

tiæ peccatorum? respondetur, quòd quã- uis septem vulgò circumferantur, tamen facilitatis causâ, possunt decem numerari, quis, quid, vbi, cur, quomodo, per quos, quando, recidiui, & scandali, verbi gratia:

Primo, quis, si homo est vxoratus, vel solutus, mulier vidua, maritata, vel virgo, sacerdos, vel regularis, habens votum vel iuramentum, an simplex persona, nam persona vinculata mutat speciem ratione illius vinculi, quo legata est.

Secundo quid, si furatus est, rem sacrã; vel profanam; percussisti personam laicã, vel ecclesiasticam.

Tertio, vbi, vulnerasti hominem, in loco sacro, vel profano.

Quarto, cur, quo fine interfecisti hominem, vel furatus es.

Quinto, quomodo, furatus es, occultè; vel violenter.

Sexto, per quos, si ad peccatum adhibuisti socios, vel medias personas, vt in lenocinio, superstitionibus, furtis, & alijs.

Septimo, quando, si die festo, vel feriato.

Octauo quoties, idest quot vicibus comi-

misisti tale, vel tale peccatum.

Nono recidiuũ, si pluries lapsus es in eadem peccata, cum eadem persona, de quibus pluries confessus es, & per quæ incidisti in aliqua pericula, a quibus diuina gratia ereptus es, vt patet superius, quæstio. 6.

Decimo, scandali, corã aliquibus personis, vt eas ad peccandum itidem prouocat res, vt patet superius q. 6.

Vndecimo quæritur, ex his decem circunstantijs, quæ mutant, siue dant speciẽ? Respondetur, quod quinque priores, aliæ vero; prout dixi superius.

Duodecimo quæritur, circunstantia quis, quotupliciter mutat speciem? Resp. quod multipliciter, primo ratione legis, vt vxor, & maritus, 1. Corinth. cap. 7. secundo ratione pręcepti, vt personæ ecclesiasticæ in sacris constitutę, Concil. Tridentin. sess. 23. c. 13. de refor. Cathechis. Roman. de sac. ord. subd. cap. 1. de voto, lib. 6. tertio ratione professionis, vt personæ religiosæ professe sollemniter in aliqua religione approbata, quarto ratione voti, vt si quis voueret castitatem simpliciter, quinto ratione iuramenti, vt si quis iura-

iuraret ſe obſeruaturum caſtitatem, vel quid huiuſmodi, vt non furari, &c. exemplum primi, vt ſi quis ſolutus, vel coniugatus peccauerit cũ aliqua virgine, ſunt duo peccata, primum eſt contra legem matrimonij, ſecundum eſt ſtuprum, & ſic de ſingulis.

Decimotertio quæritur, vtrum peccet magis vnus quàm alter? Reſpondetur quod ſic, primo ratione dignitatis, plus Epiſcopus, quam ſimplex ſacerdos, ſecundo ratione ordinis, plus ſacerdos quàm diaconus, vel ſubdiaconus, tertio ratione officij, plus officialis, quam perſona priuata, quarto ratione conditionis, plus liber, quam ſeruus, quinto ratione nobilitatis, plus nobilis, quam plebeius, ſexto ratione virtutis plus bonus, quam malus ſeptimo ratione loci, plus Vrbanus, quam ruſticus, octauo ratione ſcientiæ, plus doctus quam ignarus, nono ratione vitæ aſſumptæ, plus religioſus obſeruantiæ, quã conuentualis, plus Chriſtianus, quam infidelis, decimo ratione conſcientiæ erroneæ vel dubiæ contra dictamen rationis, vndecimo ratione ſcandali, plus publice quam ſecrete, duodecimo ratione ſocie-

tatis,

tatis, plus associatus quàm solus, decimotertio ratione diuitiarum plus diues, quam pauper. decimo quarto ratione beneficij ecclesiastici, plus beneficiatus quã non beneficiatus, D.Thom.1.2. quæst. 89. artic. 3.in corp.& in quæstionibus disputatis, quæst. de peccato, artic.8. ad 5. Nauar.loco citato, num.11.cap.6. sed iste nõ mutãt speciem, nisi adsit aliquod vinculũ prout supra, Scot.2.sent.dist.21.quęstio. vni Syman. de cath. Instit. titul. 17. num. 33. Nauar.in cap.consideret, num. 49. de pæn. dist. 5. & num. 87. dicit quod cæteris paribus, plus peccatur cum informi, quã cum pulchro.

Decimo quarto quæritur, circunstantia quid, quotupliciter mutat speciem? Respondetur primo ratione personæ cum qua quis peccauit. secundo ratione rei, vt in furto, & hoc tripliciter, vt sacrum de sacro, vt vasa vel vestimenta sacra, seu virginem sacram rapere de loco sacro: secundo sacrum de non sacro, vt a domo alicuius rapere rem sacram: tertio non sacrum de sacro, vt furati ornamenta commodata alicui ecclesiæ pro aliqua solemnitate: quarto ratione loci, vt violare im-

muni-

iuraret se obseruaturum castitatem, vel quid huiusmodi, vt non furari, &c. exemplum primi, vt si quis solutus, vel coniugatus peccauerit cũ aliqua virgine, sunt duo peccata, primum est contra legem matrimonij, secundum est stuprum, & sic de singulis.

Decimotertio quæritur, vtrum peccet magis vnus quàm alter? Respondetur quod sic, primo ratione dignitatis, plus Episcopus, quam simplex sacerdos, secundo ratione ordinis, plus sacerdos quàm diaconus, vel subdiaconus, tertio ratione officij, plus officialis, quam persona priuata, quarto ratione conditionis, plus liber, quam seruus, quinto ratione nobilitatis, plus nobilis, quam plebeius, sexto ratione virtutis plus bonus, quam malus septimo ratione loci, plus Vrbanus, quam rusticus, octauo ratione scientiæ, plus doctus quam ignarus, nono ratione vitæ assumptæ, plus religiosus obseruantiæ, quã conuentualis, plus Christianus, quam infidelis, decimo ratione conscientiæ erroneæ vel dubiæ contra dictamen rationis, vndecimo ratione scandali, plus publice quam secrete, duodecimo ratione societatis,

tatis; plus associatus quàm solus, decimotertio ratione diuitiarum plus diues, quam pauper. decimo quarto ratione beneficij ecclesiastici, plus beneficiatus quã non beneficiatus, D.Thom.1.2. quæst. 89. artic. 3.in corp.& in quæstionibus dispu-tatis, quæst. de peccato, artic.8. ad 5. Nauar.loco citato, num.11.cap.6. sed iste nõ mutat speciem, nisi adsit aliquod vinculũ prout supra, Scot.2.sent.dist.21.questio. vni Syman. de cath. Instit. titul. 17. num. 33. Nauar.in cap.consideret, num. 49. de pæn. dist.5. & num. 87. dicit quod cæteris paribus, plus peccatur cum informi, quã cum pulchro.

Decimo quarto quæritur, circunstantia quid, quotupliciter mutat speciem? Respondetur primo ratione personæ cum qua quis peccauit. secundo ratione rei, vt in furto, & hoc tripliciter, vt sacrum de sacro, vt vasa vel vestimenta sacra, seu virginem sacram rapere de loco sacro: secundo sacrum de non sacro, vt a domo alicuius rapere rem sacram: tertio non sacrum de sacro, vt furari ornamenta commodata alicui ecclesiæ pro aliqua solemnitate: quarto ratione loci, vt violare immuni-

munitatem ecclesiasticam, vt si quis extraheret personam, confugientem ad loca sacra, prout patet in toto tit. de immunit. eccles. & de relig. dom.

Decimoquinto quæritur, quando committatur sacrilegium in furto, adiunctum cum excommunicatione? respondetur quando interuenit, cum furto, fractura hostij, muri, fenestræ, tecti, clauum, serarum, vel quid huiusmodi, cap. conquesti, de sent. excomm. similiter si in custodia, vbi conseruatur sanctissima Eucharistia, si quis furetur pixidem cũ fractura hostioli Nauarr. cap. 17. num. 95. D. Thom. 2. 2. q. 99. artic. 4. Syluest. ver. excommunicatio 7. num. 17. Diaz. in pract. cri. canon. cap. 81.

Decimosexto quæritur, vtrum furari nummos a crumena, vel quid simile a personis commorantibus in ecclesia, sit sacrilegium? respondetur quod non, quia non fit iniuria rei sacræ, Sot. loco citato.

Decimoseptimo quæritur, vtrum furari, tapeta, tobaleas, curtinas, vel sellas, vel quid huiusmodi, quæ erant accomodata sacristę, pro ornamento alicuius festiuitatis in ecclesia, sit sacrilegium? resp.

quod

quod sic, quia deseruiebant cultui diuino, pro quo erant mutuo data, secus vero si quis deferret, catedram, sellam, tapeta, vel baldachinum, vel quid huiusmodi in ecclesiã, pro sui commoditate, vel ornatu, vt faciunt Principes, officiales, & nobiles, quia tunc furari, ea, non est sacrilegium, ratio, quia non erant pro cultu diuino deputata, sed quando fecisset sacrista sibi ea accommodari, & ipse ea pararet pro sessione, vel genuflexione, vel ornatu alicuius principis, vel prelati, venientis ad ecclesiam pro deuotione, cerimonia, vel visitatione, tunc etiam committeretur sacrilegium, quia indirectè cultui diuino erant deputata.

Decimo octauo quæritur, vtrum furari nummos à gazophilatio, siue arca, siue à ceppo, seu ab altari, si sacrilegium? respondetur affirmatiue, quia ibi reponuntur, & conseruantur pro subsidijs ecclesię, & personarum ecclesiasticarum, prout patebit inferius, quæst. 39.

Decimo nono quæritur, vtrum furari hostiam sacram cum pixide a custodia, siue a sepulchro, quod consueuit fieri hebdomeda sancta, tamen sine fractione sit

excom

excommunicatio? respondetur, quòd nó de iure communi, sed solum est sacrilegiũ Caiet. 2. 2. quæst. 99. artic. 3. in fine, secus vero si in aliquot cathedralibus sit posita aliqua excommunicatio pro huiusmodi sacrilegio in Synodalibus, vel casibus reseruatis, prout inferius, cap. decimo tertio, quæst. 40.

Vigesimo quæritur, vtrum furari aliquod a monasterio, vel à cellis monachorum, vel à sacristia, vel hospitali, sit sacrilegium? respondetur, quod sic, & à quibuscumque locis, Papæ, vel Episcopi auctoritate ædificatis, cap. adhuc de relig. Dom. cap. 1. de consecr. eccles. vel alt. lib. 6. Nauar. loco citato, Io. de Sylua. tractat. de benef. 3. par. quęst. 57. num. 2. nisi restringamus loca sacra prout inferius, quæst. 27.

Vigesimo secundo quæritur, quomodo circunstantia quid, mutat speciem ratione personæ? respondetur quod percutere personam ecclesiasticam etiam in prima tonsura constitutam, non enim sufficit dicere verberaui hominem, quia vltra peccatum percussionis interuenit sacrilegium, & incurritur excommunicatio, cap.

si quis

ſi quis ſuadente diabolo 17. quęſt. 4. ſimiliter ſi quis peccauit carnaliter cum virgine, & ſic de ſingulis prout ſupra, quæſtio. 10. & non ſolum in perſona, ſed in veſtibus, & omnibus rebus ei adherentibus, Sylu. ver. excommunicatio 6. per totum, Nauar. c. 21.

Vigeſimo tertio quęritur, quot ſunt ſpecies peccatorum carnalium? reſpon. quod ſunt decem, quarum ſex naturales, & quatuor contra naturam: prima eſt fornicatio ſoluti cum ſoluta: ſecunda adulterium ſi vxoratus, cum maritata, vel ſolutus cum maritata, & e contra: tertia ſtuprum ſi cum virgine, tam actiue, quàm paſſiue, tam in peccato opere patrato, quam in mente conſumato: quarta inceſtum, vt cum conſanguinea vel affine, tam carnali, quam ſpirituali, ratione ſacramenti baptiſmi, vel confirmationis, vel ratione legis, vt in adoptione: quinta ſacrilegium, ſi cum perſona ſacra, tam actiue quàm paſſiue: ſexta raptus vbi interuenit raptus, & aliquando eſt annexa cum excommuni prout ſacr. Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 6. de reform. matrim. ſeptima, mollities, ſi quis proprijs manibus ſe polluat vel procuret,

hoc

hoc in ſomno cibis, turpibus cogitationibus, vel tactibus, vel verbis obſcenis, etiã in vigilia : octauo, pecccatum nefandum, quando peccatur carnaliter inter perſonas eiuſdem ſexus: nona beſtialitas, quando peccatur cum animali bruto : decima, peccatum innominabile, ſeu contra naturam, vt quando homo abutitur femina, in vaſe obſceno, D. Thom. 2. 2. quęſt. 154. artic. decimo per totum. D. Anto. 2. par. tit. 5. cap. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. Sylu. verb. Luxuria, num. 3. Nauar. cap. 16. num. 3. & cap. 22. num. 41. & infra Hoſti. in ſumm. tit. de pœnit. & remiſſ. §. actuale, nu. 9. cap. adulterij, 32. quæſtio. 7. ſimiliter tactus, complexus, oſcula, facta ex libidine ſunt peccata mortalia, niſi fierent ex actu matrimoniali, vel legitima conſuetudine, Syl. verb. Delectatio, §. 3. num. 4. nam tunc ſunt peccata mortifera, quando fiunt cauſa perueniendi ad carnalem copulam. Nauarr. in cap. ſi cui, numero 14. de pæniten. diſt. 1.

Vigeſimoquarto quęritur vtrum, ſit inceſtum inter maſculos conſanguineos, vel affines pro vt ſupra inter ſe comiſcentes? reſpondętur quod ita videtur dicere D.

Tho.

tho.lo.cit.ar.3. in corpo.ad.3.& clare hoc dicit D.Anto.lo.cit.

Vigesimoquinto queritur, an per coitũ peccati nefandi contrahatur affinitas, sicut per coitum fornicarium naturalẽ, & per consequens, sit peccatum incestus, si postea inter se comiscentur? Respondetur qood non D.tho. lo.cit.tabie.ver.sodemia, vide conc.trid.sess.24.cap.de refor matr.

Vigesimo sexto queritur, circumstantia vbi, quotupliciter mutat speciem? Respondetur primo, ratione furti, vt dictũ est supra.

Secundo ratione homicidij, vulneris, vel sanguinis, cum inimicitia, seu in iniuria.

Tertio, ratione seminis, & intelligitur de omnibus speciebus peccatorum carnalium supradictis, etiam si actus carnalis fuerit matrimonialis, Hosti. in summ. tit. de matrimon.§. quis sit effect.num.22.Syluest. verb. debitum coniugale, §.3. Sot. 4. sent. dist.32.artic.3.Victor. quęst.149.Nauar. loco citato, nu.9.

Quarto, ratione abstractionis cõfugientium ad loca sacra, prout dictum est su-

pra, quæſt. 15. exceptis quibuſdã caſibus vt in cap. inter alia, de immun.eccleſ.Co uarr.verb.reſol.lib.2.cap.20.num.7. & infra Boer.deciſ.109.

Quinto ratione iudicij adminiſtrari, vt ſi iudex faceret ſuſpendere aliquem in eccleſia, Sylueſt.verb. circunſtantia, §. quarto.

Vigeſimo ſeptimo quæritur, quę nam ſint loca ſacra, adhoc vt poſſit ſciri, quando circa hæc prædicta peccatur? reſpondetur, quod de hoc tactum eſt ſupra,quæſtio.21. tamen facilitatis cauſa, iterum dico, quod eſt eccleſia, cæmeterium, ſacriſtia, campanile, hoſpitale, oratoria, capellæ, vbi conſueuit celebrari,& denique omnia lòca ſacra, ædificata auctoritate Papæ, vèl Epiſcopi, ſiue ſit conſecrata ſiue non, patet locis prædictis, Nauar.loco citato. Sylueſ. verb. conſecratio. 2. §. 5. glo.in cap. vnico, de conſecr. eccleſ. vel alt. lib.6. ſed Sot. 4. ſent. diſt. 32.quęſt. 1. art. 3. colum. penult. per loca ſacra intelligit ſolum corpus eccleſiæ conſecratæ, vel benedictæ,& dicit quod in cęmeteriis & cameris eccleſiæ adhęrentibus, & campanili nulla eſt violatio, quod mihi videtur

tur ſactis probabile, cum in pęnalibus, ſit facienda ſtricta interpretatio, vt patet vulgaris, Hoſt. in ſumm. tit. de crimin. ſacril.

An ſit peccatum ſodomiticum, ſi vir cognoſcat fœminam in vaſe obſcęno? reſp. quod doctores ciuiliſtæ dicunt, quod ſic, vt Det. in l. ſi qua mulier, Cod. de ſecu. nup. num. 9. & eſt communis, vt teſtatur Clar. §. Sodomia, vbi dicit, quod in facto vir, & fœmina, qui commiſerunt hoc delictum, fuerunt combuſti: ſed iſta doctrina ſic valet in foro exteriori, quod in interiori aliter ſentiunt, & melius Theologi, & Armil. in verb. ſodomit. vbi dicit eſſe peccatum monſtruoſum, prout dictum eſt ſupra q. 25.

Vigeſimo octauo quæritur, utrum blaſphemare, uerberare, iniuriare, uel facere actus illicitos, ſiue laſciuos, in locis ſacris, uel quid huiuſmodi ſit circunſtantia mutans ſpeciem? reſpondetur quod non, quia tunc ſolum, quando contrariatur ſanctitati, puritati, & immunitati loci ſacri, prout ſupra, Nauar. cap. 6. num. 9. notab. 11. vnde blaſphemare, ſuperbire, in dictis locis, vel quid ſimile facere, non

mutat ſpeciem, hoc tamen limita, niſi cogitationes, & actus illi laſciui ſint de ſcelere ſiue peccato patrato, vel patrando in loco ſacro Sylueſ. verb. confeſſio. 1. §. 10. nam ſola circunſtantia, quæ eſt contra ſanctitatem loci, libertatem, & diuinum cultum eſt confitenda, Caietanus 1. tomo opuſ. tractat. 31. reſp. 12. verſic. ſecundum Nauarr. in cap. conſideret, in principio, num. 20. de pæn. d. 5.

Vigeſimo nono quæritur quomodo, circũſtantia cur mutat ſpeciẽ? reſpondetur, primo, quod ratione finis, nam finis mouet agentem, & dat formam in moralibus D. Thom. 1. 2. q. 18. ar. 4. in corp. Vnde qui furatur, verberat, occidit, mutilat, vel facit aliquid, vt habeat vxorem alicuius, potius dicitur adulter, quam fur, percuſſor, vel homicida, ſimiliter, qui occidit vt furetur, potius fur, quàm homicida, Syluеſ. Nauar. & alij locis citatis ſimiliter, qui principali intentione ſeruit alicui prælato, vt habeat beneficium, vel ſurgit ad horas canonicas, ob lucrum, vel mutuum, vt plus accipiat vltra ſortem eſſet ſymoniacus, vel vſurarius, capitulo finali de Symonia, & capit. finali

de

de vſur. Caietanus in ſumm. in ver. Symonia, Nauarr. capite 17. numero 208. & capit. 23. num. 202. notab. 5. Sot. lib. 6. quæſt. 1. artic. 4. de Iuſt. & Iure, Syluef. ver. Symonia, §. 20.

Trigeſimo quæritur, ſi quis rapuerit pallium, vel quid ſimile a perſona, vel a manu clerici, furando vel frangendo, an ſit excommunicatus? reſpondetur primo, ſecundum iſtam circunſtantiam, quod ſi facit hoc animo iniuriandi illum, incurrit excommunicationem, Syluef. ver. excommunicatio 6. numero vndecimo, verſ. quartum, Nauar. capit. 27. numero 77.

Dico ſecundo, ſi hoc fecit animo furandi non incidit Arm. ver. excom. 2. num. 2. Caiet. eod. ver.

Dico tertio, ſi furatur aliquid a clerico animo furandi, tamen dum furatur, eum verberat, tunc incidit, quia furto adit verbera, etiã ſi clericus ſe defenderet, & rem ſuam tueretur: quia illi liceret ſe defendere, & rem ſuã, latroni vero non liceret verberare, quia ſola intentio furandi non habet connexionẽ, cum intentione furandi.

Trigeſimo primo quæritur, ſi quis

persequeretur clericum animo ledendi illum, & ille fugiens timore læsionis persequentis se præcipitat in flumen, vel aliò, an persequens incurrat excommunicationem? Respondetur primo, quod sic, quia ille fuit causa proxima præcipitationis, & læsionis. Dices finis persequentis non erat præcipitatio. Respondetur, quod sic, quia habebat animum ledendi illum, Nauar. cap. 27. loco citato. Angel. verb. excõmunicatio 5. num. 3. Tabie. verb. excommunicatio 5. numero 41. Armil. loco cita. num. 12.

Dico secundo si non persequeretur malo animo, & ille præcipitaretur, & lederetur, tunc non incideret, quia intentio debet attendi Syl. in loco citato, num. 5. notab. 3. verb. septimo.

Dico tertio, quod si quis reliquerit aliquid ad quod ex præcepto tenebatur, ad hoc vt faceret peccatum mortale, quod tenetur dicere hanc circunstantiam, puta non resedi in beneficio propter fornicationem committendam, vel non ieiunaui, vel non audiui missam propter ludum, vel venationem prohibitam, Nauar. in c. consideret, num. 93. de pæn. dist. 5.

Tri-

Trigesimo secundo quęritur circũstantia quomodo, an mutet speciem? Resp. quod sic, vt si quis furatus est aliquid violenter, vi, minis, verberibus, vulneribus, contumelijs, homicidio, vel quid simile, non sufficit dicere commisi furtum, quia tunc est furtum, & vnicum peccatum, quãdo fit occulte, & non cum aliqua circunstantia, quando vero fit violenter, dicitur rapina, quia fit iniuria rei, & personæ, & sic est altera species, Sot. lib. 5. quæst. 4. artic. 6. de Iust. & Iure D. Tho. 2. 2. quæst. 66. artic. 8. Nauar. cap. 17. num. 95. similiter peccare cum virgine, vel muliere vi, dolo, vel deceptione, Nauar. cap. 16. num. 16. similiter interficere hominem ei insidiando fingens amicitiam, vel sub colorato titulo, si decipit puellam falsis promissionibus, vel oppressit eam vi, vel minis, verberibus, Nauar. loco citato.

Trigesimo tertio quæritur circunstantia per quos, siue quibus auxilijs, an mutat speciem? Respondetur, quod non, nisi ratione scandali vt dicam inferius, etiam si quis vtatur personis sacris pro internuncijs, siue intermedijs, puta ad lænocinium, furtum, vel homicidium, tunc enim mutat

speciem, quando iniuria recipitur in persona aliqua, & non quando interuenit pro medio, vel pro auxilio.

Trigesimo quarto quæritur, an circunstantia temporis mutat speciem? respondetur negatiue, D. Anton. 3. par. tit. 14. cap. 18. in 5. condit. Syluest. loco citat. §. vlt. & ver. confessio 1. §. 10. & aurea rosa, casu 63. quicquid dicant alij, nisi intelligantur ratione contemptus.

Trigesimo quinto quæritur, an circunstantia, quoties sit vera circunstantia? respondetur, quod non, sed potius est numerus peccatorum, siue aditio peccati ad peccatum, ita Syluest. loc. citato, §. primo & ver. confessio. 1 §. 11. Nau. c. 6. n 13. licet posset dici circunstantia aggrauans, quia peccatum quo frequentius fit eo grauius est Iux. illud Dan. c. 13. inueterate malorum, &c. & est necessario confitenda tam in actibus exterioribus, quam interioribus interpollatis, D. Ant. loc. cit. tit. 14. c. 18. 15. condit. ratio est, quia recitatio omnium peccatorum, est de integritate conf.

Trigesimo sexto quæritur, an circũstantia quoties est confitenda necessario? respondetur primo, in casibus externis, toties

ties quoties puta blasphemiæ, furta, detractiones, actus carnales, vel quid huiusmodi, actu completum: secundo in casibus internis quoties voluntas fuit intercisa, seu interrupta, vt in odio, amore, vel quid simile, verbigratia, qui modo cogitat interficere aliquem, & postea per dies, horas, vel mensem, vertitur ad extraneos actus, & deinde recogitat idem facere: tertio in actibus vero mixtis, vt cogitationis, & operis, puta constituit, quis facere furtum, vel interficere aliquem, vel peccare cum aliqua, dum se preparat ad instrumēta, vel medias personas, vel cantilenas, cō uiuia, & quid simile, quousq. deueniat ad actum consumatum, tunc vnicum est peccatum, quia omnia illa sunt, quædam præparatoria ad actum siue peccatum patrandum.

Quarto, si quis cogitat peccare cum aliqua persona, vita, rebus, honore, vel fama, & postea se pænitet, & deinde reuertitur ad eandem cogitationem, tunc quoties interrumpit, toties peccat.

Quinto si quis diù prosequitur aliquā personā, amore, vel odio, vel quid simile p multū tēpus, & deinde vacat alijs operib.

& negocijs, non pertinentibus, ad illam prauam voluntatem, vel cognitionem, dico quod non ſunt tot peccata, quot ſunt interruptiones, ratio eſt, quia non dum ſemel eſt perfectum opus, Cathec. Neap. fol. 138. vide Caiet. cap. de delect. moro. dub. 2. Hoſti. in ſum. tit. de pæn. §. illud autem, num. 9. ver. hoc in foro. Sylueſ. in ver. delectatio per totum, verſ. cogitatio & in verb. conſenſus, num. 1. Nauar. cap. 16. num. 10. Vide, Nauar. c. 6. num. 16. & de hor. can cap. 7. num. 5. & Caiet. 2. tom. quia ſtante voluntate eadem in malum patrandum, licet multę fierent interruptiones, diuertendo ad alios extraneos actus non pertinentes ad illum actum malum patrandum, vnicum eſt peccatum, patet exemplo de habente voluntatem occidendi, fornicandi, furandi, durantē per multos dies, inquibus cogitat, alia, & diuerſa ratio eſt, quia non dum primum eſt perfectum, Nauar. in cap. conſideret in principio, num. 48. & infra. de pænitent. diſt. quinta.

Trigeſimoſeptimo quæritur, vtrum quis teneatur explicare neceſſario numerū determinatum ſuorum peccatorum, & quid

ſi non

ſi non recordetur de certo numero? reſp. primo, quod ſic, dicendo hoc feci bis, vel ter, vel quater, vel decies, vel vigecies, & ſic deinceps.

Dico ſecundo, ſi non recordetur certò, ſemper tenetur exprimere aliquem numerum certum, vel incertum, dicendo hoc potui facere, circa quinquies, vel circa vigeties, plus vel minus, vltro citroque Syluef. verb. confeſſio 1. nu. 12. Nauar. c. 6. num. 12.

Dico tertio ſi plures ſunt actiones vnius tantum finis, vnicum eſt peccatum, prout dictum eſt ſupra, quæſt. 5. ver. 2.

Dico quarto quod quis non tenetur ita ad amuſſim confiteri. ſed ſufficit dicendo, hoc feci viginti plus, minusve, ſed non ſufficit dicere hoc feci frequēter, vel multoties Caiet. quæſt. 3. de conf. Nauarr. in cap. conſideret, num. 42. de pæniten. diſt. quinta.

Trigeſimo octauo quæritur, vtrum peccata cogitationis ſic mutant ſpeciem, vt ſint neceſſario confitenda, ac ſi patrata eſſent actualiter, verbigratia, monialis religioſus, vel quiſpiam commiſit peccatum carnis in aliqua cogitatione moroſa,

an teneatur dicere se esse virginem, vel sufficit dicere peccatū? respondetur, quod licet, Sot. loco citato, artic. 4. dicat sufficere, vt dicat solum peccatum, tamen cōmunis opinio est, quod teneatur dicere statum suum, si sit virgo, nec ne D. Anton. 3. par. tit. 17. cap. 17. §. 5. in fine, Nauar. c. 6. num. 7. Caiet. in summ. in vers. incestus, ratio est, quia peccatum mentis, & peccatum operis, non differunt specie, sed solum secundum perfectum, & imperfectum perfectius est enim peccatum exterius, quam interius, nec valet ratio Soti dicētis, quod esset nimium pude facere puellas, & maxime moniales, quærendo an sit virgo cum huiusmodi mundas cogitationes cogitauerit, & eas confiteretur, quia dicit Christus Dominus noster, Luc. c. 9. Qui erubuerit me coram hominibus, &c. cap. fin. de pęnitent. dist. 5. & 1. Corinth. cap. 7. Virgo debet esset sancta, & corpore, & spiritu, quod non fit quando ommittitur virginitas materialiter, idest corporaliter, vide Syluest. verb. confessio 1. nu. 11. §. 10. vbi dicit quod ad eandem grauitatem, & ad eandem speciem pertinent cogitationes, & operationes. Vide D. Ioa.

Chry-

Chrysostom. homil.46. super cap.23. Mat thęi super illa verba, Ecce ego mitto ad vos prophetas, & sępientes in secunda ex positione.

Trigesimo nono quæritur, si quis cogitat peccare, & postea actu peccet, vtrum committat vnum, vel duo peccata videlicet vnum in mente, & alterum in opere. respondetur, primo, quod est tantum vnum peccatum, quia licet sint duæ res in genere entis, tamen est vnicum peccatum in genere moris, D. Tho.1.2.quęst. 20, art. 3. in corp.& ad primum.

Dico secundo quando cogitatio mali, & operatio mali fiunt eodem tempore, vel successiue vera est ista doctrina, sed quando diuerso tempore, vt si quis hodie cogitat facere malum, & cras illud committit, tunc sunt duo peccata, vnum cogitationis, & alterum operationis Syluest.in ver. peccatum, & in verb. delectatio, num. 2. §.1.vers.4.& D. Thom.quęst. de ver. quæstio.15. n.4.§.2. Nauarr. prælud. 7. numero 23.

Quadragesimo quæritur, vtrum quisq. teneatur confiteri in speciali singulas species, & numerum certum peccatorum? respon-

ſpondetur primo, quod ſic prout ſupra.

Dico ſecundo ſed datur caſus quando quis vnico verbo poterit confiteri totum ſpatium quo fuit in tali peccato, vt meretrix poteſt dicere per biennium, vel per tãtum temporis ſpatiũ fui in peccato carnalitatis, nec opus eſt explicare quoties cum coniugatis, & toties cum perſonis ſacris, quia ſufficit narrare diſcurſum ſuæ vitæ, dicendo, per tale tempus fui in tali peccato, peccando cum omnibus generibus perſonarum, ſimiliter de concubinarijs ſufficeret dicere, per tale tempus fui in tali ſtatu, nec neceſſe eſt explicare numerum, ſimiliter latro ſufficit exprimere tempus, quo fuit in latrocinijs Caiet. 2. Thom. opuſ. quæſt. 3. de confeſſ. & in 3. par. quæſt. 87. art. 1. Nauar. in cap. de quotidiani, num. 10. de pæniten. diſt. 3. & in cap. conſideret, num. 44. de pæn. diſt. 5.

Dico tertio, ſi quis artifex, vel venditor, vel mercator, vel actuarius, venderet, exigeret, vel acciperet aliquid contra prefixum pretium, quod dicunt contra aſſiſam, vel vltra pretium taxatum in pandectis, quoties id fecerit, toties tenetur confiteri, quia ſunt multa furta,

Na-

Nauar. in ca. consideret in principio, nu. 46. nisi vnico verbo explicaret totum tem pus, quo fuit in tali statu, prout dicitur de meretrice.

Quadragesimó primo quæritur, quot modis committatur sacrilegium? respondetur, quod multis, & primo In personam sacram, vt si clericus percutiatur, vel a iu dice laico puniatur, nisi in casibus a iure permissis, puta in assássinio, cap. 1. de homic. lib. 6.

Secundo contra votum quoties, quis frangit votum quod emisit.

Tertio in locum sacrum, ut quando au fertur persona confugiens ad locum sacrum, nisi in casibus a iure permissis, cap. inter alia de immun. eccles. uel furetur aliquid à loco sacro, uel sanguine, uel semine uiolaret locum sacrum prout dictũ est supra.

Quarto in res sacras, ut sacramenta sacramentalia, sacras imagines, uel res ecclesiæ tam mobiles, quam immobiles, quę sunt dicatæ Deo, vel ad vsum ministrorum Dei, uel rei ecclesiæ si grauentur impositionibus, uel collectis, nisi in casibus a iure permissis puta pro utilitate, &

ne-

necessitate publica, Vide D. Thom. 2. 2. quæst. 99. & 154. artic. 10. & ibi Caiet. & in summ. vers. sacrilegium, vide Diaz. practic. crim. canon. cap. 81. & Nauar. cap. 17. num. 95. multos alios modos, quibus committitur sacrilegium, vide Host. in sum. tit. de crim. sacril. §. & quasi nu. 2.

Quadragesimo secundo quæritur, quando Episcopi in casibus reseruatis, reseruant sibi sacrilegium, vtrum intelligatur de omni sacrilegio? respondetur, quod regulariter solum intelligitur de furto, & quando committitur cum persona sacra, & a persona sacra, non autem, quando committitur a persona sacra cum persona non sacra, & sic interpretatur communis consuetudo vbique, & Neapoli tempore Cardinalis Pauli de Aretio Archiepiscopi Neapolitani volendo explicare in suis casibus reseruatis personas ecclesiasticas committentes actum carnalem dixit in casu reseruato, clerici etiam simplices fornicarij, ergo si non explicuisset non fuissent inclusi in alio casu, vbi reseruabat sacrilegium simpliciter, vide in cathec. Neapol. fol. 354. numero 12. & folio 355. numero 18.

Qua-

Quadragesimo tertio quæritur quãdo cogitatio, vel delectatio morosa est confitenda, & quando est peccatum mortale? respondetur, quod quotiescumque cogitatio est de peccato mortale, cum delectatione, siue consensu, D. Thom. quæst. de verita. quæst. 15. art. 4. ad 10. Syluest. ver. delectatio. §. 1. & infra, vide superius, quæstio: 34. & doct. ibi citat. & Nauarr. in cap. cogitationis, num. 12. de pænit. dist. 1.

Quadragesimo quinto quæritur an peccata carnalia sint minoris culpæ, quam alia peccata? Respondetur, quod sunt minoris culpæ, sed maioris infamiæ, quia naturaliter sunt nobis innata, & vehemẽtius agunt tentando D. Tho. 1. 2. q. 73. nũ. 5. Nauar. ca. consideret, nu. 87. de pæn. d. 5.

De Confeßione dimidianda. Cap. XIII.

PRimo quæritur an quibusdam casibus liceat dimidiari confessio? responde tur, quod sic, septem casibus.

Primo in impedimento naturali, vt in infirmo.

Secundo in impedimento caſuali, vt in naufragio, vel bello.

Tertio ratione ſcandali, vt euiteretur periculum aliquod vitæ, famæ, vel honoris.

Quarto, impedimento legali vtt in caſuum reſeruatione.

Quinto, ex proteſtatione, ſine incommoditate temporis, vt in confeſſionibus generalibus.

Sexto ex obliuione.

Septimo, ex ignorantia.

Secundo quæritur, an egrotus qui fecit vocare confeſſarium, quia vult confiteri, & poſtea antequam confeſſarius veniat, ęgrotus ipſe perdat loquelam, diſcurſum rationis, delirat, adeò quod non poteſt, neque nutu, neque ſignis, neque verbis, vel aliquo huiuſmodi confiteri peccata ſua, an iſte valeat abſolui a ſuis peccatis, a dicto confeſſario?

Reſpondetur primo, quod multi doctores antiqui, & recentiores dicunt, nō poſſe, nec debere abſolui, & aſſignant rationes, quas videas in Nauarr. & Soto loco citatis.

Dico ſecundo, quod multi recentiores di-

dicunt, quod licet rationes illæ sint satis probabiles in theorica, tamen posse, & debere absolui in practica, ratio est, quia confessio pro illo casu est valida, alias iste sic egrotans esset destitutus omni auxilio diuino in illo instanti, quod non est credendum, nec sufficit dicere, quod poterit habere contritionem, quia hoc est difficile, & quod poterit communicare, & sic media communione, fieri de attrito contritus, quia posset stare, quod ille non posset communicare aliquod ob impedimentum, præterea, quia nulli debet dari communio, qui est conscius alicuius peccati mortalis, absque præuia confessione Cõcil. Tridentin. sessione 13. cap. vlt. & hoc tenent communiter omnes recentiores, & sic ego practicarem, & de hoc vide prolixus in praxi mea Episcopali ver. absolutio. §. 3. vide capit. is qui, 26. quæstion. 6. & D. Anton. 3. part. tit. 10. cap. 2. vbi dicit, immo si presbyter pænitentiam abnegauerit morientibus, reus erit animarum cap. si presbiter loco citato.

Dico tertio, si quis in tali casu constitutus non procuraret confessarium, petendo confessionem, sed alij pro parte illius

vocaret confessarium, quod tunc non posset, nec deberet absolui, ratio est, quia in primo casu, quando ille perijt, ostendit saltem signa contritionis, cupiens confiteri, in secundo casu vero, non, vide Angel. ver. confesio 4.§.8. Asten. lib. 5. tit. 16. Canus reclectione de penet. Candelabrum aureum tract. de absol. nu. 71. immo hoc apertissime tenet Hostie. in sum. tit. de pænit. & remiss. §. confitendum nu. 45. Iuxta finem, & nota hunc casum pro pratica quotidiana, quia sæpe potest contingere illis, qui repentino morbo aripiuntur e sunt prope mortē, & sic qui tota vita sua fuit in peccatis, si nō petit, nō absoluitur.

Tertio vtrum sacerdos vocatus ad audiendam confessionem alicuius egroti, qui propter aliquam legitimam causam, dimidiauit confessionem, & postea infirmus ille morbo correctus, non potest per ficere illam confessionem si vocetur secundo ille sacerdos posset absoluere illum ægrotum? respondetur quod sic etiam si non potest audire peccatum aliquod, vel signo, vel nutu, vel verbis, etiam si probabiliter sciret prȩfatum ægrotum post confessionem illam dimidiatam patrasse

ali-

aliquod peccatum mortale modò appareant ſigna contritionis, vt quia petijt confeſſionem, procurauit confeſſarium, & apparet bene diſpoſitus, ſecus vero, ſi in ſecunda vice appareret indiſpoſitus, vel ſine aliquo ſigno contritionis, quia modo non eſſet abſoluendus, ratio eſt, quia in primo caſu, ad eſt materia, in ſecundo vero non, hoc etiam tenent quidam recentiores, & bene.

Quarto quæritur, quomodo ſe poſſet habere ſacerdos, quando non poteſt audire totam confeſſionem pænitentis puta in bello, vel naufragio, in peſte vbi moriuntur multi ſimul.

Reſponderur primo quod poſſet audire aliquod peccatum alicuius, & eum abſoluere, & aliquod alterius, & ſic de ſingulis, audito vno peccato vnius, vel ſingulorum aliquo, & ita abſoluat, cum non vacet audire integras ſingulorum confeſſiones, & ita dicunt practicatum fuiſſe in bella Granatenſi in Hiſpania.

Quinto quæritur vtrum pænitens poſſit dimittere aliquod peccatum in confeſſione, quod ſi confiteretur vergeret in periculũ animæ, vitæ, infamię, vel honore

tam in se, quam in tertiam personam, similiter de periculo spirituali? respondetur primo, quod quando non posset commode inuenire alium sacerdotem confessarium, quod sic, probatur nam sicut Christus Dominus noster præcepit integritatem confessionis, ita etiam præcepit conseruationem animæ, vitæ, honoris, & famę, & D. Bern. ait id quod propter charitatem institutum est, non debet contra charitatem militare ita Caietan. in sum. ver. confessio condit. 10. Nauar. cap. 7. nu. 3. & in cap. consideret, num. 99. de pænit. dist. 5. vide inferius, c. 19. quæst. 19.

Sexto quæritur, vtrum cum si quis confessus fuerit hoc modo omittens aliquod peccatum mortale propter periculum prædictum, teneatur illo anno, facere integram confessionem? Respondetur, quod sic, habita commoditate confessarij ratio est quia Concil. Flor. dicit nos teneri confiteri solum peccata, quorum recordamur facta sufficienti discussione iste autem qui omisit aliquod peccatum, propter tale periculum, non fecit simpliciter integram confessionem propter periculum illud ergo cessante eo teneatur confiteri.

Septi-

Septimo quæritur vtrum qui ſic confeſſus eſt teneatur confiteri peccatum illud ommiſſum ſolum, an reiterare totam confeſſionem?

Reſpondetur, quod ſufficit confiteri illa quę ommiſit propter periculum illud, ratio eſt quia prima illa confeſſio fuit legitima, & hanc ſententiam tuentur multi recentiores, & bene.

Octauo, vtrum circunſtantia mutãs ſpeciem, ſit aperienda in confeſſione, cum vergat in periculum animæ, vel infamiæ tertiæ perſone, vt puta quis commiſit inceſtum cum matre, vel ſotore?

Reſpondetur primo, quod poteſt tacere circuſtantiam illam ſi non poteſt aliter confiteri, ratio eſt prout ſapra, quæſt. 7. & hoc intellige quando iſtud periculum infamiæ eſſet magni momenti, ſecus quando eſſet exiguum, ita Sot. 4. ſent. d. 18. q. 2. artic. 2. Syluef. ver. confeſſio. 1. numero 6. §. 1.

Dico ſecundo, quod circunſtantia peccati, quæ eſt nota iqſi confeſſario, non eſt neceſſario ei aperienda, quia ſatis eſt, vt confeſſario ſit natus ſtatus perſonæ, ſecus de peccato, quia licet ſic notum confeſſa-

rio debet tamẽ ei confiteri. Nauar. in cap. consideret nu. 61. de pę. d. 5. vide superius cap. 10. q. vltima.

Nono quæritur, vtrum hoc idem potest facere pænitens in articulo mortis, si pariter imineat periculum grauissimum vite, vel infamiæ in personam suam, vel tertiam? Respondetur quod potest etiam subticere, vel peccatum, vel circunstantiam ita Sot. lo. cit. quicquid dicat Canus ratio est, quia quocũque tẽpore nobis præceptum est, vt consulamus vitæ, famæ vel honori nostro, vel proximo, & maxime in illo articulo mortis, vt patet exemplo adulterę in eodem articulo constitutę pro vt dicit Sylu. ver. adulterium §. 1. & infra Nauar. cap. 16. nu. 48. Sot. lib. 4. q. 7. ar. 2. de iust. & iure.

Decimo quæritur, vtrum possint inueniri aliqua remedia, ad hoc vt fiat confessio integra, absque eo, quod taceatur peccatum, vel eius circunstantia? respondetur quod sic, primum, vt procuretur comoditas alteri confessario confitendi, cũ quo non imineret tale periculum, si vero hoc non posset fieri quia esset in oppido, loco, pago, siue casali in quo est vnus tan-

tum

tum sacerdos confessarius, & pænitens esset vel fæmina, vel ęgrotus, quod non posset alio pergere, datur secundum redium;vt mutando habitum, vel fingendo vocem, vel confiteri hora noctis, in qua non potest de facili cognosci, 3.confiteri cum circumstantia implicite, animo postea explicite cõfitendi, vel omittendo dictum peccatum, vel circumstantiam modo, quo supra Caiet.in sum.ver.confessio 1.3.& 10. condit.ratio est quia hic preualet pręceptum de iure diuino, & naturali, quod est de conseruanda vita, & fama, præcepto de intregritate confessionis, quod est de iure diuino positiuo; vide Nauar.loc. citato, capite septimo, numero tertio, Sot. loco citato, distinctione decima octaua, quęstione quarta, articulo primo Syluest. loco citato, numero sexto, Nauar. in capite consideret, numero 97. de pęn. dist. 5.

Dico secundo si confessarius peteręt a me nomen meum, vel quid huiusmodi per quod posset deuenire ad mei cognitionem an ego tenear illud, ei aperire?

Respondetur quod non nisi peccata, &

ea

ea quæ ad ipſa peccata pertinent, Nauar. loco citato, ſed tunc teneretur confiteri & peccata, & eius circunſtantiam.

Primo, quando confeſſarius poſſet prodeſſe, & non obeſſe.

Secundo, fingendo, prout ſupra diximus.

Tertio, quærendo alium confeſſarium Nauar. loco citato.

Vndecimo quæritur, an quis poſſet cõfiteri vni confeſſario ſolum peccata mortalia, tacendo peccata venialia?

Reſpondetur quod ſic, ratio eſt, quia venialia, non ſunt neceſſario confitenda prout ſupra capite decimo, quęſtio. 34. quo fit, vt ſi aliquis ob aliquas rationabiles cauſas ſibi bene viſas confiteretur vni confeſſario peccata mortalia a quibus recipit abſolutionem, & alteri confeſſario peccata venialia a quibus ſimiliter abſoluitur, non propterea diceretur dimidiari confeſſio, ſed vtraque eſſet integra, Sot. loco citato, quæſt. 2. artic. 3. Sylueſ. ver. confeſſio 1. §. 18. nec hoc eſſet contra id quod dicit, D. Auguſt. lib. de ver. & fal. pænit. cap. 14. & 15. & habetur in can. conſideret de pæn. diſt. quinta, & magiſter 4.

ſent.

ſent. diſt. 16. quia loquuntur quando quis diuidit cõfeſſionem mortalium ductus verecundia, vel propter hypocriſim, ſed nõ quando fit ex rationabili cauſa, Nauar. in cap. 1. §. diligens, num. 71. de pænitent. diſtinct. 6.

Duodecimo quęritur, quomodo practicandũ eſt in caſuum reſeruatione?

Reſpondetur breuiter & practice.

Primo, vt pænitens ipſe vadat ad ſuperiorem, & ab eo impetret facultatem, vt a reſeruatis poſſit abſolui a confeſſario inferiori ſimul cum non reſeruatis.

Secundo, vt ipſe confeſſarius inferior audita confeſſione pænitentis, vadat ad ſuperiorem, & ab eo impetret auctoritatem, qua obtenta, redeat, & abſoluat pænitentem ab omnibus.

Tertio, vt ipſe confeſſarius inferior abſoluat pænitentem ab omnibus, a quibus poteſt abſoluere, & pro reſeruatis mittat pænitentem ad ſuperiorem, vt ab his ſe faciat ab eo abſoluere, vel ipſe confeſſarius data abſolutione, a quibus poteſt, vadat ad ſuperiorem, & impetret auctoritatem, qua impetrata abſoluat, ſecundo a reſeruatis, & hoc quando caſus fuerit ſimplex

& nõ annexus cũ aliqua cẽsura ecclesiastica, vtpote excõmunicatione vide Nau. in c. consideret §. cautus nu. 14. per capite si celebret de cler. exco. cel.

Quarto vt ipse sacerdos antequam pænitentem cum casibus reseruatis audiat in confessione, vadat pro facultate obtinenda, qua habita, audiat pænitentem, & simul eum absoluat ab omnibus, & inter hos quatuor modus tertius, & quartus, sunt magis vsitati, sed in tertio modo confessarij debent admonere pænitentem, vt quam primum vadat ad superiorem pro absolutione casuum, aliquin sibi non valeret confessio, & absolutio immo reincideret in peccata, quia confessio non est integra, Sot. loco citato q. 2. ar. 5. Victo. q. 162. Angel. ver. confessio nu. 5. Caietanus loco citato Armilla ver. absolutio nu. 9. Nauar. capite 26. nu. 6. & cap. 9. nu. 3.

Decimotertio quæritur, an si quis haberet casum reseruatum annexum cum aliqua censura ecclesiastica reseruata Papæ, vel Episcopo possit absolui a cõfessario prius a peccatis, a quibus poterat absoluere, & postea mittere pænitentẽ ad Papã, vel Episcopum, vt absoluatur a censuris.

Respon-

Respondetur primo videri, non posse quia excomunicatus est incapax sacramẽtorum, prout cum comuni probat Nauar. lo.cit.nu.7. Dico secundo quod posset, & valeret absolutio, impensa excomunicato & tenet regulariter, prout Nauar. c. 9. nu. 4. ver. secundum, & Caiet. Sot. & alij communiter probant, & dicam inferius in c. 21. de iteratione confessione q. 5. probatur, nam si absolutio data ab inferiori habenti casum reseruatũ etiam annexum eũ excomunicatione episcopali tenet etiam data alicui excomunicato papali excomunicatione tenet, nam non est maior ratio de vna, quam de altera excomunicatione, cũ vtraque sit maior, & faciat mẽbrũ separatũ ab ecclesia c. resecanda. 23. q. 4.

Decimoquarto quæritur an si quis confiteretur inferiori nõ reseruata habita super his absolutione ab eo postea cõfitẽdo reseruata superiori teneatur illi peccata, iã confessa inferiori confiteri, vel e cõtra? respondetur quod nõ, ratio est, quia nemo tenetur bis confiteri sua peccata, sed sufficit, confiteri reseruata superiori, & non reseruata inferiori.

Decimoquinto quæritur, si quis confessus

fessus est superiori peccata sua reseruata, &postea recordatur alterius peccati reser uati, quod inculpabiliter fuit oblictus, an possit ab inferiori absolui, an teneatur ite rum pro illo redire ad superiorem?

Respondetur, quod non potest ab inferiori absolui ratio est, quia obliuio non dat auctoritatem alias non habenti illam Canus, loco citato, licet Adrian. dicat op positum.

Decimo sexto quæritur si quis bona fide confessus est se habere quatuor, vel quinque peccata reseruata, plus minusve quam confessus est superiori, si postea distincte recordatur se comisisse sex vel septem possit absolui ab inferiori?

Respondetur primo, quod sic, quia in illo plus minusve includuntur etiam sex vel septem, & excessus non est notabilis.

Dico secundo si vero postea recordetur octo, nouem, vel decem non potest absolui ab inferiori, ratio est quia excessus modo est notabilis.

Decimo septimo quæritur si quis in Iu bileo confessus est peccata reseruata, & communicauit etiam postea transacta heb doma-

domada Iubilæi, recordatur alicuius peccati reſeruati poſſit abſolui virtute Iubilæi.

Reſpõdetur quod ſic ratio eſt, quia prima cõfeſſio facta eſt virtute iubilæi, & iſta ſecunda confeſſio nihil aliud eſt, quã perfectio, & conſeruatio prioris confeſſionis, & caſus ille reſeruatus euadit peccatum ſimplex Angel. verb. confeſſio. 10. Sed Nauar. in cap. conſideret. §. cautus, num. 30. dicit hoc valere, quando in prima abſolutione implicite, & vniuerſaliter fuit facta abſolutio ex Paluda in 4. ſent. diſt. 18. colum. pen. vel confeſſarius habuerit intentionem abſoluendi ab omnis neceſſarijs; Nauar. loc. citat. verſ. ex quo infertur.

Decimo octauo quęritur ſi quis abſolutus eſt a non reſeruatis ab inferiori, poſſit communicare antequam a ſuperiori a reſeruatis abſoluatur?

Reſpondetur quod ſi imminet præceptum communionis, puta in paſchate, vel imminet ſcandalum poteſt, ſecus vero nõ ſuppoſito, quod non potuiſſet habere copiam ſuperioris, ratio eſt, quia concurrentibus duobus præceptis quorũ vnum

præ-

præualet alteri, prçualet maius, cuiusmo di est præceptum, & scandalum.

Decimonono quæritur, si quis habens decem censuras ecclesiasticas, vel totidē irregularitates, facit se absoluere vel dispensare ab octo, vel nouem solum explicando illas, octo vel nouem, & postea recordatur, fuisse decem, an teneatur adire superiorem pro absolutione, vel dispensetione reliquarum duarum?

Respondetur primo, quod si solum se fecit absoluere ab illis octo, vel nouem signanter, tenetur adire superiorem pro absolutione, vel dispensatione reliquarum.

Dico secūdo si se fecit absoluere ab illis octo, vel nouem, signanter, & ab alijs, & quibuscumque, quas forte haberet, vel dubitaret, ad cauthelam, quod tunc non tenetur, nec adire superiorem, neque procurare aliam absolutionem, ratio est, quia in illa generali absolutione comprehenduntur reliqua glo. in clem. 2. in ver. expresso de prçb. Gomes. q. 2. de trien. poss. glo. in clem. 2. in ver. quodcunque de vit. & honest. cler. cum alijs vulgatis, vide pro materia peculiari hac Sylu. ver. con

fesio

fessio 1. §. 4. Angel. ver. confessio 1. num. 14. Nauar. loco citato, Couar. practica: quęst. cap. 25. numero tertio, conclusione tertia.

Vigesimo, quæritur, si quis confiteretur alicui potenti absoluere à casibus reseruatis, & censuris, & dispensare super irregularitatibus, & dum confitetur, non est memor alicuius casus reseruati, vel cēsuræ, vel irregularitatis, tamen ad cautelam se facit absoluere ab his, vel dispensare, si postea recordetur se habere aliquā illarum, teneatur procurare absolutionē, vel dispensationem ab ea? respondetur, quod non, quia per primam absolutionē, vel dispensationem ille est vere absolutus vel dispensatus, alioquin cautela illa, qua vsus fuit faciendo se absoluere, vel dispensare ad cautelam, nihil operaretur, & verba debent aliquid operari, & maxime quando ponuntur pro forma, & si quis scrupulizaret, sufficeret ei petere absolutionem à quocunque confessario approbato ab ordinario, quia peccata illa iam sunt facta absolubilia, per illam absolutionem ad cautelam, Nauarr. loco citato, & in cap. 1. in principio, num. 32.

de pænitent. dist.6. vbi dicit, quod si quis obliuiscitur peccatum aliquod reseruatũ, etiam annexum cum censura tempore, quo confessarius habebat potestatem absoluendi, euadit peccatum simplex postea, quando recordabitur illud, Nauarr. loco citato, num.70.

Vigesimo primo quæritur, si quis confiteretur, non reseruata inferiori, & postea reseruata superiori, vel e contra, an sint duæ absolutiones sacramentales, vel duo sacramenta, & bis conferatur gratia sacramentalis, an vna? Respondetur, probabiliter posse dici vtrumq. ita Sot. Can. Victo. & alij, locis citatis.

Vigesimo secũdo quæritur, an cum hac distinctione confessionum, & absolutionum, possit stare integritas confessionis, quæ est de iure diuino?

Respondetur, quod sic, nam non sunt duæ confessiones, vel duo absolutiones totales, sed duæ partiales facientes vnam totalem, cum vna sit subordinata alteri, ista doctrina est communis, & vera, sacr. Concil. Trident. sessio. 14. capitulo septimo, vide Caietan. Sot. D. Anton. Nauar. locis citat. & Angel. ver. confessio. 5. nu. 7. Na-

7. Nauarr. in cap. consideret, §. cautus, numero decimo nono, de pænitent. dist. quinta.

Vigesimo tertio quæritur, an in hoc casu possit sacerdos, vti absolutione conditionali, siue suspensiua, dicens, absoluo te a peccatis, a quibus possum te absoluere, vel quousq. habebis absolutionem aliam à superiori, à peccatis, à quibus, ego non possum te absoluere?

Respondetur, quod non, sed debet vti forma precisa, simplici, & absoluta, ac si ab omnibus possit absoluere, dicens ego te absoluo ab omnibus peccatis tuis, cum alijs adiunctis, & opportunis in forma absolutionis, prout dicitur infra in cap. 24. quęst. 6. & 7. & quod dicitur de prima absolutione, habita ab inferiori confessario, debet etiam intelligi de absolutione, habita a superiori, nam ipse debet etiam vti forma, ego te absoluo ab omnibus peccatis tuis, ita Ang. loco cit. ratio est, quia forma id efficit, quod significat Sot. loco citato, & Siluest. verb. confessio 3. § 12.

Vigesimo quarto quęritur si quis confiteretur peccata sua simplici confessario, & tunc nō est memor casuum reseruatorum,

vel censurarum ecclesiasticarum, nec petit se absoluere ab his, quia putat, se non habere de hoc necessitatem, tamen confessarius eum absoluendo, vtitur forma cõmuni, si teneris aliquo vinculo excommunicationis, prout inferius, cap. 24. quæst. 11. si postea pænitens recordetur aliquam excommunicationem, tenetur procurare absolutionem a superiori?

Respondetur primo, quod sic, quia conditionalis non ponit in esse. Dices, quid operantur illa verba, si teneris, vel quatenus indiges, &c. cum non debeant esse frustratoria?

Respondetur secundo, quod operantur absolutionem ab excommunicatione minori, nam excommunicatus minori excommunicatione est incapax participatione passiua sacramentorum, patet cum vulgatis, Syluest. ver. confessio. 1. numero sexto, ver. quinto, & ver. excommunicatio quarto, numero tertio, Victor quæstione 162. Caietan. ver. excommunicatio, capitulo vltimo. Dices iterum, quia in aliquibus locis ponuntur in forma ista verba si teneris aliquo vinculo excommunicationis maioris, vel minoris, præterea in capitu-

pitulo si quem, de sent. excommunic. dicitur quod appellatione excommunicationis, venit excommunicatio maior, & verba illa debent aliquid operari, prout supra?

Respondetur tertio, quod per verba illa absoluitur pænitens ab excommunicatione occulta, vel ignorata, si quam haberet ignoranter, & habilitatur ad gratiam sacramentalem suscipiendam cui poneret obicem per illam excommunicationem occultam, vel ignoratam, & ecclesia tunc temporis, & pro illo casu dat confessario inferiori potestatem hanc absoluendi ab excommunicatione occulta & ignorata, cum ipsa pia mater nolit mortem peccatoris, & non iudicet de occultis, cap. Alma mater, de sent. excommunic. libro sexto, initio, quod a simili facit summus Pontifex in bullis, & gratijs, quibus vtitur absolutione excommunicationis aliorumque censurarũ in personã prouisam de aliquo beneficio, vel dispensatione, qua persona illa prouisa habilitatur ad digne beneficiũ possidendum, & gratiam, & dispensationem obtinendam, quam vocant absolutionem ad effectum.

Dices, superius quæstione vigesima secunda; dicitur, quod absolutus ad cauthelam immemor censurarum, si recordetur se habere aliquam censuram, quod postea non indiget alia absolutione?

Respondetur, quod non est casus similis, nam ibi præsupponitur, quod ille confiteatur habēti auctoritatem absoluendi a censuris, hic vero supponitur, quod confitcatur, non habenti illam auctoritatem, sed solum absoluenti ad cauthelam, & reseruanti absolutionem superiori; si postea pęnitens recordetur, se habere certò aliquam censuram, vel casum reseruatum Nauarr. capitulo vigesimo septimo, numero ducentesimo septuagesimo secundo, vers. eodem die, vide inferius, capitulo vigesimo primo, quæstione quinta, & inferius, capit. vigesimo quarto, quæstione vndecima.

Vigesimo septimo quæritur si quis faceret confessionem adeo longam, vel quia diu stetit, quod non est confessus, vel quia facit generalem confessionem, possit dimidiare confessionem, puta confitendo partem peccatorum hodie, & ab illis accipere absolutionem, & cras aliam partem, & simi-

ſimiliter abſolui, & ſic bis, ter, vel quater? Reſpondetur quod ſic, ratio eſt, quia iſtę dicuntur partiales confeſsiones, & abſolutiones quę faciunt, & tendunt ad vnā totalem, & integralem confeſſionem, & abſolutionem, Sot. loco citato, diſtinct. decima octaua, quæſtione 2. articulo tertio, Nauarr. in capitulo conſideret, §. cautus, numero vigeſimo, de pænitentia diſtinct. 5.

Vigeſimo octauo quæritur, an in confeſſione generali, quam interdum faciunt aliqui timorati viri, teneantur, meminiſſe, & confiteri integre, omnia, & ſingula peccata?

Reſpondetur primo, quod impoſsibile videtur humano more aliquem recordari ſingula peccata ad amuſſim a die diſcretionis.

Dico ſecundo ſufficere meminiſſe, & cōfiteri, ea quæ magis memoriæ occurrunt, hoc enim docuit Rex ille, de quo Iſaias, capitulo trigeſimo octauo, quando ait recogitabo tibi omnes annos meos, non dixit omnes menſes, hebdomadas, dies, horas, & minuta, Vict. q. 166.

Dico tertio cauthela eſt vt quādo quis volue-

voluerit ita generaliter confiteri, antequam sua peccata narrare incipiat, dicat confessario, pater ego intendo facere hanc meam peccatorum confessionem generalem, verum quia mihi impossibile videtur, me posse reccordari singula peccata mea. Ideo dico solum me velle confiteri ea quæ mihi magis veniunt in mentē, & quæ mihi maiorem afferunt molestiam, & quibus plus me sentio offendisse Deum, sed non intendo, me abstringere ad omnia, & singula confitendo ita Victo. quæst. 166. nam alioas esset periculum non faciēdi integram confessionem.

Vigesimo nono quæritur, an sit laudabile, facere confessiones generales.

Respondetur quod sic in personis non serupulo sis, patet ex comuni ecclesiæ consuetudine, nam pij homines, & maxime in nubileis, vel qnando promoueretur ad aliquas dignitates, vel nauigaturi longa nauigatione, vel ituri ad bellum, tales facere consueuerunt, & asidua peccatorum confessio satis minuit de pæna illorū, quia verecundia in peccatis, est portio pænitentiæ D. Ambr. lib. 2. de Caim, & Abel cap. 6.

Trige-

Trigesimo quæritur quomodo peccata iam dimissa per alias confessiones (licet certo hoc sciri nequeat) iterum possint absolui?

Respondetur primo quod quamuis sint dimissa, vt dictum est per alias præteritas confessiones, tamen sunt materia confe- confessiones, tamen sunt materia confe- ssionis pręsentis, & ideò possunt vere ab- solui Caiet. 2. tom. opus. q. 4. ad 1. argum. Flor. Theol. 4, 5. tract. de confess. ar. 7. in vlt.

Dico secundo licet peccata, semel con- fessa, iterum posse confiteri, hoc tamen fallit, quando confiterentur ex conscien- tia scrupulosa, vel ex molestia confessarij, Nauarr. in cap. fratres nu. 28. de penit. drst, 5. Caiet tomi. 2. q. 4. de meteria con- fessionis.

Trigesimo primo quæritur, si quis bis absolueret eadem peccata in eadem con- fessione, vtrum peccaret?

Respondetur primo quod sic, & com- mitteret magnum sactilegium, ratiò est quia in secunda confessione non adesset materia, Dices idem in confessione ge- nerali?

Respondetur quod non, nam licet sit eadem

eadem materia remota,tamen eſt diuerſa materia proxima.

Dico ſecundo ſi quis confiteretur peccatum veniale, quod non fecit, peccat venialiter, & ſi non haberet peccatũ aliquod, ſed confiteretur peccatum, vel veniale, vt præberet materiam confeſsioni, tunc peccaret mortaliter, qnia forma caderet ſuper nullam materiam Nauar. de iub.& indulg.nu.16.& 27.

Trigeſimo ſecundo quæritur, ſi quis obliuiſcitur peccatum,in confeſsione teneatur illud ſolum confiteri, an totam reiterare confeſsionem?

Reſpondetur primo,ſi hoc prouenit ex negligentia,ob non bene examinatam cõſcientiam tunc tenetur reiterare totam confeſsionem prout dictum eſt ſuper. cap. 10.q.10.Victo.9.ibi Nauarr,cap.9.nu.13. Caiet. loco citato condit 10.

Dico ſecundo, ſi hoc euenit ex ignorantia probabili, vel ex obliuione non procurata, dico quod non tenetur, niſi illud confiteri, niſi includerentur ſub numero plus minuſue, prout dictũ eſt ſupra c. 10.q.10.& ſupra q.17.

Dico rertio, ſi hoc accidit ex intento,

puta

puta ex verecundia, hypocriti; vel pusillanimitate, tunc tota est recteranda confessio Doct. locis cit. vide cap. 21. q. 7. & supra hoc c. q. 13.

Dico quarto, si quis confiteretur eidē confessario, cui primo suam fecit confessionem, sufficit tunc confiteri solū peccatum omissum, & negligentiam seu verecundiā, seu hypocritim, seu defectum cōmissum Asten. lib. 5. tit. 18. ver. sunt autem alij duo casus.

Trigesimotertio queritur, an peccata oblita in confessione inculpabiliter, sint vere absoluta?

Respondetur primo, quod sic quia quāuis non sint actualiter confessa tamen pænitens in virtute propositi, quod habuit confitendi integre, includit etiam oblita sine culpa sua, vel quia absolutio est tantæ virtutis, quod etiam extenditur ad peccata oblita, & consequenter ea absoluit Sot. 4. 5. d. 15. q. 1. ar. 3. Conc. trid. sess. 14. cap. 5. de confessione, ver. sed, & impium est Victo. q. 165. Nauar in cap. 1. nu. 32. d. p. dist. 6. Flor 4. 5. tract. de circunstantijs, q. 10. ar. 4. folio mihi 408. dicit remicti peccata oblita per gratiam sacramenta-

mentalem, immo Sacr.Conciliũ Tridentinum ſeſſ.14.cap.5.& Nauar.in cap. fratres num.76.dicit, peccata oblita, modo præceſſerit diligentia ſufficiens, includi in confeſſ.iam facta.

Dico ſecundo quod obliuioſus, qui certo ſcit tempore quadrageſimæ, vel poſtea non recordaturum ſua peccata, tenetur ea ſcribere. Maior in 4. ſent. diſt. 17. queſt. 2.col.4.Nauarr. ind.cap.fratres nu. 68.de pænitent diſt. 5.

Trigeſimo quarto quæritur, vtrum pęnitens idem commodum, ſeu eandem gratiam, & remiſſionem conſequatur ex confeſsione oblitorum facta in genere, ac ſi ea ſpecialiter fuiſſet confeſſus?

Reſpondetur quod non Sylues, ver.cõfeſsio 1.§.1.inult. & citat D. Thomã. Et Nauar.in cap.1.in princip.nu. 33.de pæn. diſt 6.vbi dicit, quod abſolutio peccatorum oblitorum non eſt tantæ efficaçiæ, quantæ ſuper peccatis actu confeſsis, & hoc etiam fit per Indulgentias, idem loco citato, & in cap.1.nu.66.dicit idem, & dat rationem quia pro peccatis oblitis non imponitur pænitentia.

Trigeſimo quinto an per confeſsionẽ in-

fir-

formem, vel nõ integram puta ex defectu doloris vel propositi non cauendi in futurum possit dari absolutio vel satisfieri præcepto de confitendo semel in anno prout in c. omnis vtr. sex. depenit. & remess?

Respondetur quoad primum quod non potest dari absolotio, quia forma caderet super materiam indebitam, quo ad 2. respon. quod sic, hinc fit, meretrices, & alios peccatores, licet non proponant cauere in posterum, esse quidem audiendos, sed non absoluendos, & sic satisfaciunt præcepto ecclesiæ c. quod quidam eod. tit. Victo. q. 163. Flor. loco citato tract. de confess. ar. 7. & vide in praxi mea episcopali in ver. absolutio. §. 9. & ver. lupanaria, seu meretrices. §. 1. vide Host. in sum. tit. de remiss. §. sed. & notan. num. 2.

Trigesimo sexto queritur, si puella sollicitaretur ab aliquo ad malum, an possit explicare illam personam in confessione? respondetur quod sic, ita Sot. & Bonau. lo. cit.

Trigesimo septimo quæritur, cũ quis non potest explicare peccatum, nisi explicet personam an possit illam nominare, verbigratia si quis accusauit parentes de aliquo

quo delicto occulto, quod vere commiserunt tamen occulte?

Respondetur quod ſic, quia licet infamia ſit grauiſsima, tamen apud confeſſarium eſt exigua.

Trigeſimo octauo quæritur, ſi quis ommitteret peccatum ex ignorantia, puta ſi duo coniugati ſint in matrimonio illegitimo quid agendum?

Respondetur primo quod, ſi pænitens culpabiliter ignorat ignorantia Iuris diuini cõmunis aut naturalis, tunc confeſſarius debet illum ad monere, ratio eſt quia illa ignorantia eſt culpabilis, & confeſſarius tenetur illi dicere veritatem, & culpabilis poteſt dici, quando pænitens videretur titubare, vel dubitaꝛe de impedimento.

Dico ſecundo, ſi pænitens haberet conſcientiam quia tam, nihil ſcrupulizando, & ex admonitione confeſſarij ſequeretur aliquod incoueniens notabile, tunc confeſſarius deberet tacere, & relinquere eum in tali quiete ſimplici.

Dico tertio ſi vero ex ad monitione ſequeretur fructus, tunc poteſt, & debet eũ admonere, & Illuminare.

Dico

Dico quarto, ſi penitens peteret conſilium ſuper hoc ſemper conferuarius tenentur ei dicere veritatem. Dico V. hoc idem eſſe obſeruandum in denunciationibus matrimonialibus, in quibus quis non teneтur reuelare impedimentum quando illud probare non poſſet, vel contradentes manerent in ignorantia inculpabili, ita etiam in conſultationibus factis amico Aduocato, & alijs, vide Nauara cap. 22. num. 83. not. 34. Sot. 4. 5. diſt. 18. queſt. 2. artic. 4. gl. in c. quotiens & cap. licet de teſtibus.

Trigeſimonono queritur, ſi confeſſarius aduertat pænitentem deficere in confeſſione, an debeat eum admouere?

Reſpondetur hoc poſſe elici ex triplici capite, vel primo, quia accedit impreparatus, vel ſecundo, propter ſtatum hominis, quia ſcit, eum eſſe vſurarium, vel concubinarium, vel tertio, quia confeſſarius ſcit peccatum particulare ipſius penitentis, tunc dico ſi hoc prouenit ex primo defectu, debet eum admonere, & dimittere, vt diligenter ſe preparet, niſi adeſſet ſcandalum, vel non adeſſet tempus pro, vt ſupra cap. 9. queſt. 2. ſi ex ſecundo capite debet

bet illum prudenter admonere, si ex tertio debet illum interogare in vniuersali, non descendendo ad particulare, ne faciat odiosam confessionem, doctores locis citatis, & quidam recentiores, vide inferius cap.22.quest.81.

Quadragesimo quæritur (pro complemento istius practicæ casuum reseruatorum) quot sunt casus reseruari episcopo, & quot summo Pontifici, & quæ differentia inter ipsos?

Respondetur primo, quod quò ad episcopum non potest dari certa regula, cum quis plures, alter pauciores sibi soleat reseruare, secundum locorum, & temporum varietatem iuxta sac. concilij Trid. doctrinam session. 14. cap. 7. & est videre praxim meam episcopalem in ver. casus reseruari, & Host. in sum. tit. de pœn. & remiss. §. cui confitendum num. 14. prope finem, Nauarram cap. 27. num. 254.

Dico secondo, quo ad casus summi Pōtificis habes in bulla cænæ Domini in corpore iuris, vel bullis Pontificijs, & præter alios videndus est Syluest. in ver. excōmunicatio 7. & 9. & Nauarr. loc. cit. à nu. 52. vsque ad 152. & infra.

Dico

Dico tertio, quod ſacerdos non debet admitti ad audiendas ſacras confeſſiones, niſi habeat notam, ſeu libellum caſuum reſeruatorum Epiſcop.& Papæ, Caiet. loco citato, ver. excommunicatio caſu 75.& Nauarr. loco citato, numero centeſimo quadrageſimo nono.

Dico quarto, quod omnes caſus Pontificij annexam habent excommunicationẽ epiſcopales vero non.

Dico quinto, hinc fieri, quod quando Papa concedit ſuos caſus veniunt etiam excommunicationes, Epiſcopus vero ſecus. vide Syluеſ. in verb. caſus, 1. per totum.

Quadrageſimo primo quæritur, ſi quis obliuiſcitur circumſtantiã peccati an teneatur confiteri etiam peccatum illud, an ſufficiat ſolam circumſtantiam omiſſam confiteri?

Reſpondetur, quod ſolum circumſtantiam, Nauarr. in capitulo conſideret, in gloſſ. in ver. oportet, numero centeſimo quinto, intellige quando circumſtantia fuerit ommiſſa rationabiliter, iuxta prædicta, vel quando culpabiliter, & confiteretur eidem confeſſario, nam ſecus, quan

do culpabiliter, & vellet confiteri alteri, quia modo rota esset reiteranda confessio, prout patebit inferius, cap. 21. quæst. 7. & quæst. 10.

Quadragesimo secundo quæritur, quid de illo, qui confessus est inferiori, non reseruata, & ab eis absolutus, vadens ad superiorem, pro absolutione reseruatorũ, interim commictit aliud peccatum mortale?

Respondetur, quod si superior vult intelligere reseruata, & illud etiam, tunc si vult, potest ab illo, & etiã reseruatis absoluere, si vero non vult auscultare, nisi reseruata, & ab illis tantum absoluere, tunc ille, habita absolutione a reseruatis, potest illud, quod interim commisit, confiteri inferiori, & sic possent interuenire duo, vel tres, vel quatuor absolutiones quæ omnes in vnum coalescunt, Nauarr. in dicto capitulo consideret, §. cautus, numero 22. de pæn. dist. 5. & dictum est superiut quæst. 24.

Quadragesimo tertio quęritur, in qua absolutione infunditur gratia, in prima, secunda, vel tertia, vel quarta?

Respondetur, ex Nauar. loc. citato, nu. 21. quod in vltima ratio sua est, quia tunc

per

perficitur ſacramentum: Ego verò dicerẽ, quod in omnibus, & ſingulis, quia omnes verè abſoluunt, prout dictum eſt ſupra, quæſt. 27.

De ſecritudine confeſsionis. Cap. XIV.

PRimo quæritur, vtrum ſit neceſſarium vt confeſſio ſit ſecreta? Reſpondetur primo, quod non eſt de eſſentia confeſſionis vt ſecreta.

Dico ſecundo, eſt tamen neceſſariũ ad eius ſubſtentationem, nam cum lex gratiæ non deſtruat legem naturæ, immo potius eam perficiat, ſecũdum quã nõ conuenit, vt peccata ſecreta publice confiteantur, non debet cogere, vt peccata publicẽtur, nam ex publicitate peccatorum multa mala oriri poſſunt, vide hiſtor. tripar. lib. 9. cap. 35.

Dico tertiò, quod poteſt quis confiteri peccata ſua publice, modo abſit ſcandalũ, Nauar. in cap. fratres, num. 93. de pænit. diſt. 5.

Septimo quæritur, vtrum quis tenea-

tur confiteri per ſcripturam, ſi aliter non poſſet? Reſpondetur primo, quod non Aſten. loco citato, quæſt. an per ſcripturam.

Dico ſecundo, quod non poteſt, ſed nec poteſt per litteras abſolui ſacramentaliter, nec confeſſio taliter facta poteſt dici ſacramentalis, Sot. Can. loco citato, Vict. quæſt. 171. ſed Nauarr. cap. 21, num. 36. notab. 4. & cap. 27. num. 269. not. 2. dicit poſſe abſolui ſacramentaliter, & confiteri ſimiliter per ſcripturam: cæterum non licet huiuſmodi confeſſionem per litteras facere, & per eaſdem abſolutionem mittere, Vide Syluef. ver. confeſſio, 1. num. 16. Caietan. in ſumm. ver. confeſſio, §. 11. Armil. ver. confeſſio, num. 23. Angel. eod. ver. num. 32. & 33. Sot. de rat. teg. & deteg. ſecre. mem. 3. quæſt. 4. Flor. loco citato, artic. 2. per cap. quem pænit. de pænit. diſt. 1.

Tertio quæritur, an quis poſſet confiteri per ſcripturam, ideſt ſcribendo peccata ſua in ſcedula, & poſtea illa recitare corã ſacerdote?

Reſpondetur quod ſic, maxime quando pænitens eſt obliuioſus ita Pet. Sot. lect.

vlt.

vlt. de confessione, secus vero si daret peccata scripta in scedula in manu confessarij, quia tunc non valeret, quia confessio debet fieri ore proprio nisi sacerdos legendo diceret pænitenti fecisti hoc? & ille responderet si vel non, quia tunc valeret, in cap. quem pænitet, de pęnitent. distinct. prima.

Quarto quęritur, an quis teneatur confiteri per interprętem, quando esset alterius idiomatis?

Respondetur, posse, sed nō teneri Can. loco cit. licet Asten. lib. 5. tit. 18. quæst. de idiomate, dicat quod teneatur in articulo mortis, quod mihi magis placet, cum non sit de essentia confessionis, vt sit secreta, & ille possit mori absque confessione, & contritio difficile possit haberi, ad hoc, vt pęnitens se ponat in tuto, nisi immineret scandalum prout supra, cap. 13. q. 7. & 8.

Quinto quæritur, quomodo mutus debeat confiteri?

Respondetur primo quod per nutus, & signa possibiliori via, qua poterit, Ang. loc. cit. num. 33. Syl. ver. confessio. 1. §. 15. idem dic de Cæcis amentibus, & Dæmo-

niacis, & quid si non possunt confiteri nutu, signis, vel scripturis?

Respondetur, quod tunc sacerdos debet orare pro ipsis, & facere orare populũ Host. in summ. tit. de pæn. & remiss. nu. 60. cap. quid si aliquis.

Dico secundo, quod nemo tenetur confiteri per interpretem etiam si non posset alias, nec mutus; qui scit scribere, tenetur scribere peccata sua, & illa tradere cõfessario, legenda, sed sufficit, nutu, & signo meliori modo, quo potest, Nauar. in cap. fratres, num. 85. & infra, de pænitent. dist. 5.

Sexto quæritur, an confessarius debet reducere ad memoriam peccata pænitenti, quæ ipse certo scit, pænitentem commisisse?

Respondetur primo, quod sic Asten. lo. citato.

Dico secundo si hoc sciret per confessionem alterius; tunc debet largo modo inquirere, nè videatur reuelare confessionem alterius, prout supra, cap. 13. q. 39. & inferius, cap. 22. q. 8.

Septimo quæritur, quid faciet pænitẽs cum aduerterit confessarium dormitasse

M dum

dum ille confitebatur? Respondetur, quod si certo scit, sua peccata à confessario, non fuisse bene audita, tunc experge faciens, vel excitans illum, incipiat iterũ confiteri, ea quæ non fuerunt audita, Angel. ver. confessio. 1. num. 22. Sylu. ver. confessio 1. nu. 6. vers. 3.

De ministro huius Sacramenti. Cap. XV.

PRimo quæritur, supposito quod solũ sacerdos sit minister huius sacramenti, an detur proprius sacerdos cui facienda sit confessio? Respondetur, quod sic, & est de fide, c. om. vtr. sex. de pænitentia, & remiss.

Secundo quæritur, vtrum omnis sacerdos ab ordinario approbatus posset dici proprius sacerdos?

Respondetur primo, quod sic visum est D. Bonauent. 4. sent. dist. 17. quęst. 1. & Ric card. ibidem artic. 4. & Palud. ibidem.

Dico secundo, quod Sot. loco citat. dicit, alium esse proprium sacerdotem, & alium legitimum, proprius est solus paro-

chus, quia habet ordinariam poteſtatem, legitimus eſt omnis approbatus ab ordinario, qui habet delegatam auctoritatem & hoc abnuit Concil. Trident. ſeſſ. 14. capit. 7.

Dico tertio, ſi loquimur de laicis, & ſacerdotibus, vel clericis ſecularibus, hodie de communi conſuetudine vbique poſſunt confiteri ſua peccata cuicunque confeſſario approbato ab ordinario, ſiue ſeculari, ſiue regulari, Dices in cap. 2. de pænitent. & remiſſio. libro ſexto habetur hoc nulla conſuetudine poſſe induci, vt quis non teneatur confiteri ſaltem ſemel in anno proprio ſacerdoti, ideſt parocho ſuo, & extrauag. Sixti Quarti ſecunda de tregua, & pace?

Reſpondetur primo, quod poteſt intelligi de non habente auctoritatem ordinariam, vel delegatam, Ioan. de Baſſo. 4. ſent. d. 17. q. 2. art. 3.

Dico ſecundo, quod prelati, & proprij ſacerdotes hoc vident in dies, & tolerant, & ſic videntur tacite conſentire, nam quotieſcunq. princeps condit aliquam legem & poſtea fit oppoſitum illi eo ſciente, & tolerante, illa lex non eſt in viridi obſeruan-

uantia, Inno.& Abbas in c. 1.de tregua, & & pace,num.4.& in c. in aliquibus num.8. de decim. vide plura in praxi mea episcopali in ver. contractus censuales, §. 1. Victor. quæst.145. Cathec.Neapol. fol. 292. Medi. capitulo de confess. folio 85. colum. 1. Dices in hoc requiritur expressa licentia?

Respondetur quod expressa videtur cũ non contradicant,Syluest.ver.confessio 1. §.6.& in fine, & §. 15. & sic insoleuit consuetudo vbique, nec vidi aliquem de hoc dubitare, immo potius videntur parochi hoc habere gratum, quia exonerãtur hoc pondere, nec vmquam vidi Neapoli, Romę, Beneuenti,& alibi aliquem confessum sua peccata alij, quàm proprio parocho, reiterasse confessionem iam factam Host. in sum.tit.de pæn.& remiss.§. cui confitendum,num.14.vers.8.

Dico IV. quod si loquimur de religiosis ipsi habent suos pręlatos, qui eis deputãt suos peculiares confessarios. Dico quinto, quod etiam ipsi regulares possunt confiteri sua peccata sacerdotibus secularibus approbatis ab ordinario tẽpore Iubilæi,vel alicuius gratiæ,vbi datur facultas

con-

confitendi cuicumque confessario ab ordinario approbato, sic etiam quando peregrinantur, vel sunt in itinere, & etiam ipsi regulares possunt confiteri cuicunque sacerdoti, etiam non approbato, quia concilium id solum prohibet secularibus, sess.23.cap.15. de refor. Nauar. in cap. placuit, num.43. de pæn. dist.6. nisi aliter cautum sit in ordinationibus alicuius Archiepiscopatus, vel religionis, quas videas.

Dico sexto, quod vbi viget obseruantia dicti cap. om. vtr. sex. vt quis confiteatur proprio parocho, debet omnino obseruari, immo si haberet licentiam a Papa confitendi cuilibet alteri, debet intelligi gi extra tempus paschale Staph. tract. de rescrip. Apost. fol. mihi 357. num. 20. & 21 & hoc intelligo stante obseruantia dicti cap. omnis, &c. & Nauar. in cap. placuit, num.53. dicit, quod si Papa concedit licẽtiam alicui confitendi cuicumque intelligitur sine præiudicio parochi, per cap. super eo, de off. deleg.

Dico septimo, quod hodie, quis possit confiteri cuicumque sacerdoti approbato ab ordinario, illinc potest sumi ratio.

Primo, quia omnibus mendicantibus,

& ijs

& ijs, quibus communicantur eorum priuilegia potest quis confiteri.

Secundo, ex bullis summorum Pontificum concessis varijs locis, & confraternitatibus, & præcipuè per Paulum III. sanctissime Eucharistiæ confratribus, Nauar. in cap. 1. in principio, in gl. nu. 38. de pæn. dist. 6.

Tertio, ex facultate tacita, vel expressa superiorum videntium, & tolerantium, Nauar. loco citat. in cap. placuit, num. 34. de pæn. dist. 6. vers. quare tertio.

Quarto, potest hic introduci consuetudine, & ad textum citatur posset responderi, posse id alia consuetudine tacitè, vel expresse concedi, & in capitulo 1. in principio, num. 6. de pæ. d. 6. dicit, quod nullus confessarius potest absoluere eum, qui non est subditus illi potestate ordinaria, vel delegata, cap. adijcimus, §. ecce, 16. quæst. 1. ergo sufficit, vt quis confiteatur illis, qui sunt approbati ab ordinario, qui dicuntur habere potestatem delegatã ergo non est necesse, vt confiteatur paroco, semel in anno.

Tertio quæritur, vtrum confessio facta sacerdoti approbato ab ordinatio sine

ne licentia parochi Sit nulla?

Reſpondetur quod non, ſed eſt valida, tamen ille peccat ſi non confiteatur parocho quia facit contra prohibitiones eccleſiæ, ita tenet quidam Doctor modernus, quod ego intelligerem quando uigeret obſeruantia d. cap. omnis, vel requiretur expreſſa licentia.

Quarto quæritur vtrum confeſſio facta ſacerdoti non aprobato ab ordinario in articulo mortis, qui tamen potuiſſet habere copiam, vel proprij parochi, vel ſacerdotis aprobati ſit valida?

Reſpondetur quod ſic, ex Concilio Tridentino. ſeſſ. 14. cap. 7. vbi ſic dicitur, vt nulla ſit reſeruatio in articulo mortis atque ideo omnes ſacerdotes quoslibet pęnitentes à quibus vis peccatis, & cēſuris abſoluere poſſint.

Quinto quæritur vtrum abſolutio caſuū reſeruatorū, & cēſurarū eccleſiaſticarū habita in articulo mortis ab approbato ab ordinario, licet potuiſſet haberi copia Epiſcopi, vel confeſarij habentis poteſtatem abſoluendi à caſibus, & cenſuris epiſcopalibus ſit valida?

Reſpōdetur quod ſic quia ſufficit quod con-

confesſio fiat habenti auctoritatem ordinariam, ſeu delegatam ſac. con. trid. ſeſſ. 14.cap.7.vide cap.his qui tempore 26. q.6 et Sym.de cath.inſtitut.tit.3.§.3.]& tit. 45. §.15.vide extrauag.Papæ Sixti 4.§. cauſę vero de treg. & pace, & plurima vulgata, & cætera.

Sexto quæritur, vtrum iſta conceſſio, vt quis poſſit abſolui à quocunque ſacerdote in articulo mortis, non ſolum à peccatis, verum etiam à caſibus, & cenſuris, poſsit intelligi de omni articulo, ſeu periculo mortis?

Reſpondetur primo quod non, ſed illud debet intelligi de articulo mortis ſtricto modo ſumpto ita Sot.4.5.d. 18.q.4. ar. 4.licet contrarium teneat Sylues.ver. cõfeſſio 1. §. 2. & ver. abſolutio 1. num. 8. & Nauarr.cap.27.num.271.not.7.& cap. 26. num 31.notab.33.& c. 3. num. 8. quamuis conſolationis cauſa poſsit practicari opinio Sylues.& Nauarr.per glo.in cap.paſtoralis §.prçterea in ver. prçterquam de offic. ordin. ego autem ſum contrariæ opinionis, & hinc fit mulierem prope partum confitentem propter periculum mortis, vt ſupra dictum eſt non poſſe abſolui,nec

ha-

habentes capitales inimicitias prout supra cap. 10. q. 6. 26. & 28. tamen quando probabiliter timeretur de morte posset practicari dicta opinio, & sequta morte teneret absolutio,& non sequta procurari debet alia a censuris ad maiorẽ cautelam, vide inferius c. 19. q. 9. licet Cath. Neap. fol. 55. numero decimoquarto nimium restringat.

Dico secundo quod Articulus mortis debet sumi quando est presumptus, non quando est solum verus, vt puta quando, quis sumeret saccramentum extremæ vnctionis Nauarr. de Iub. & indulgent. notabili. 30. nu. 3.

Dico tertio, si alicui conceditur vt in articulo mortis lucretur talem indulgentiam,& vtitur ea in articulo presunpto, & tunc non moritur, non potest ea vti postea in articulo vero nisi aliter in gratia caueatur Nauarr. de indulgen. notabitur. 30. num. 4.

Septimo quæritur, siquis incidirit in casum, vel cẽsurã reseruatã in alico episcopatu, & postea sed contulerit ad alium, vbi ille casus non est reseruatus, nec illa censura, possit absolui à parocho, vel confesa-

rio

rio illius episcopatus?

Respõdetur quod nõ, nisi ille parochus, vel confesarius habeat auctoritate absoluendi à casibus, vel censuris episcopalibus illius loci, vbi nunc confitetur, vel ab episcopo loci, vnde pœnitens discessit, Sot. loco citato ratio est quia ille cum iã incidirit in casum reseruatum alicubi, semper, & vbique remanet reseruatus, nam in foro cõscientię etiam quis sortitur forũ ratione delicti Syluester ver. confesor 1. §. 13. Couar. pract. q. cap. 11. nu. 4. ver. primum, secus verò è contra siquis comitteret peccatu quod non est reseruatu vbi illud comisit, sed vbi nunc confiterur, quia nunc posset absolui ab omni confesario, aprobati abordinario, quia nunc est solum peccatum simplex, & probaturà contrario sensu.

Octauo quæritur, vtrun confessio venialium possit fieri simplici sacerdoti?

Respondetur quod sic Nauarr. cap. 4. num. 1. cap. 27. num. 25. ratio est quia omnes sacerdotes habent hanc auctoritatẽ ex tacita concessione ecclesię. Sotus. locó citato ar. 2. & dist. 22. q. 2. ar. 2. colun. 3. & Nauar in cap. placuit, num. 23. de pœnitẽ-

tia

tia,dist.7.dicit, sacerdotē,habere hanc po testatem habitualem à lege.

Nono quæritur, vtrum si quis teller confiteri peccata mortalia iam alias con fessa simplici ista confessario.

Respondetur quod sic, quia non est necessaria Iurisdictio in peccatis iam confessis, nisi vt dictum est de venialibus ita Caiet.in sum.in ver. absolutio, Nauarr. in cap.placuit de pænit. dist. 6. & in sum. loco citato supposito quod peccata illa mortalia prius fuissent confessa sacerdoti approbato ab ordinario.

Decimo quęritur, si quis vellet confiteri proprio sacerdoti, & ille nollet eum audire, an ob hoc possit adire alium sacerdotem aprobatum tamen ab ordinario cum ex hoc videatur dedisse sibi tacitam licentiam adeundi quemcunque voluerit?

Respondetur primo quod non sufficit ista tacita, cum requiratur expressa licentia.

Dico secundo quia hodie est parum in vsu ista licentia expressa, prout diximus superius, potest quiscōfiteri cuicunque sacerdoti approbato ab ordinario & ita potest

test etiam dici de fœmina, quæ sollicitatur ad malum à suo parocho, & de illo qui non potest confiteri suo parocho, vel absque propalatione alicuius circunstantię, vel alicuius personæ, quia hodie videmus quemlibet, confiteri sua peccata cuilibet confessario, approbato ab ordinario, & nullum parochum de hoc lamẽtari vel cõfessionem ob hoc reiterari.

Dico tertio quod parochi deberẽt esse faciles ad dãdã huiusmodi licentiam D. Thom. & alli communiter.

Dico quarto quod credendum est alicui, dicenti, se confessum esse alteri, vel habuisse licentiã, alteri confitendi. fallit in excõmunicato, vel notorio peccatore, quia tunc debet hoc probare. Nauarr. in cap. placuit in glosa num. 18. de pænitentia dist. 7.

Decimo primo quæritur, vtrum fæmina, quæ sollicitatur à suo parocho, vel quiuis alter, qui ob aliquod impedimentum nõ potest confiteri proprio sacerdoti instante pręcepto cõmuni possit cõmunicare absque præuia confessione?

Respondetur quod sic, modo cumprimum nactus fuerit opportunitatem confes-

ſarij confiteatur, illi ſua peccata, etiã poſt paſcha, quia ad id tenetur, prout dictum eſt ſuperius D. Tho. 4. 5. d. 17. q. 3. ar. 2. quęſtio. 4. ad 4. vide Sot. victo. Can. & Ledeſma lo. cit. ſuppoſito quod ante cõmunionem non habuerit copiam alterius confeſſarij, quia ſi eam habuiſſet debebat prius confiteri illi, & poſtea cõmunicare ſac. Conc. Trid. ſeſſ, 13. cap. vlt. prout patet q. pręcedenti.

Duodecimo quæritur, vtrum omnes ſacerdotes, etiam excomunicati, pręciſi hęretici, ſchiſmatici, apoſtatæ, degradati, depoſiti, & alij huuiſmodi poſſint abſoluere pænitentes in articulo mortis à peccatis, caſibus, & cenſuris, prout ſupra, ſuppoſito quod alius non pręciſus, vel catholicus nequeat inueniri?

Reſpondetur quod ſic Hoſti. in ſum. tit. de temp. ordinat. §. & a quo num. 6. Angel. ver. confeſſio 3. nu. 2. Syl. eod ver. 1. §. vlt. flor. in 4. q. de miniſtro modo intendat facere, quod facit eccleſia catholica, licet. Nauar. cap. 26. num. 26. & ſum. Piſ. ver. cõfeſsio 3. teneant oppoſitum, ratio prima eſt, quia in articulo mortis, qui eſt neceſſitatis ex tunc currit ius diuinum, & naturale

turale, prout ſupra dictum eſt, quod preualet iuri diuino poſitiuo, vel poſitiuo ſolum cauſanti impedimenta huiuſmodi in miniſtro pręciſo, ſecũdò quia poteſtas abſolutionis licet fundetur in iuriſdictione, tamen radicatur pręcipue, in charactere ſacerdotali, qui in ſacerdote pręciſo non deletur, tertio quia ſacerdos ſimplex in illo articulo poteſt abſoluere, & hoc non alia ratione, niſi auctoritate ſacerdotali. quarto quia Conc. Trid. loco citato dicit omnes ſacerdotes, non diſtinguens, ſimiliter in vltima clauſula bullæ cœnæ Domini, quinto quia hęreticus ſacerdos poteſt etiam baptizare in articulo mortis, & ſicut baptiſmus. ita, & pænitentia eſt neceſſaria, ſuppoſito peccato, nec valet dicere quia tunc ſufficeret contritio, quia hoc eſſet periculoſum cum difficile poſſit ea haberi, nec ſufficit attritio abſque ſacramento, nec valet dicere, quia Deus ſuppleret tunc temporis, quia eſſet tentare Deum.

Dico ſecundo hoc poſſe, & debere fieri, quando non eſſet periculum pænitenti ſubuerſionis ab ipſo hęretico ſacerdote, vt quia pænitens eſt vir doctus catho-

licus, ſtabilis, & non facile flectibilis, & hoc poteſt accidere facillime catholicis morientibus in terris hęreticorum, vbi non ſunt, niſi ſacerdotes heretici, prout Reginę Scotiæ, quæ noſtris temporibus in Anglia impie fuit truncata capite à Regina Heliſabet hæretica ob fidem catholicam, & hoc etiam tenet Nauar. cap. 27. nu. 271. notab. 7. facit cap. ſi quem ſorte. 24. q. 1. vide Couar. in cap. alma mater 1. p. §. 6 num. 8. de ſent. excom. lib. 6. hoc clare tenet Inno. in cap. 1. num. 2. de hæreticis.

Decimo tertio quæritur, vtrum laicus poſſit abſoluere in dicto articulo à peccatis, caſibus reſeruatis, vel à cenſuris eccleſiaſticis prout ſupra?

Reſpondetur, primo quod non, primũ patet Ioan. cap. 22. vbi Chriſtus ſolum abſoluendi poteſtatem à peccatis tradidit Apoſtolis, & ſucceſſiue ſacerdotibus prout ſup. cap. 10. q. 4. & glo. in cap. 2. de pœnit. & remiſ. lib. 6. circa vltim. ſecundum probatur quia eſt cõmunis ſententia Palud. Sot. loco citato ar. 4. quicquid dicat glo. in. cap. paſtoralis §. præterea in cap. præter quam in mortis articulo de offic. ordi, nec obſtat cap. ſane. 24. q. 2. vt recte

ait

air. Sot. loco citato ar 1. probatur etiam quia Conc. Trid. sess. 14. cap. 7. dicit omnes sacerdotes quoslibet pęnitentes à quibusuis peccatis, & censuris absoluere posse, & nullam facit mentionem de laicis, ergo non possunt.

Dico secundo quod deficiente omni sacerdote, quis non tenetur de præcepto cõfiteri laico, Syluest. ver. confessio. 1. §. 1. & si magister Sent. in 4. dist. 17. Videatur dicere oppositum, intelligi debet de consilio, & non de præcepto, prout inferius, quæst. 17 dicetur, & licet Syluest. ver. absolutio, 1. num. 8. ver. immo, & ver. confessor, 1. §. 7. dicat, quod laici possint in articulo mortis absoluere ab excommunicatione, & sic ab omnibus censuris ecclesiasticis, prout in c. quærenti de verb. sig. tamen ista doctrina non est vera, Nauar. cap. 27. num. 271. notab. 7. immo nec clericus, subdiaconus, vel diaconus, Nauar. loco citato, patet rationibus prælibatis, Nauarr. in cap. 1. in principio, num. 3. & infra, de pæn. dist. 6. & num. 84.

Decimo quarto quæritur, vtrum in articulo mortis quicunque sacerdos etiam simplex, etiam pręcisus prout supra dictũ

eſt, quæſt. 12. poſſit abſoluere, ab omnibus peccatis, caſibus reſeruatis cenſuris omnibus etiam bullæ cœnæ, etiam ab hæreſi, an remaneat aliqua alia reſeruatio?

Reſpondetur, quod non remanet reſeruatio aliqua, ſed poteſt ab omnibus peccatis abſoluere, ratio eſt, quia in articulo mortis, omnis ceſſat reſeruatio, ita ſacr. Conc. loco citato, cap. præterea c. a nobis il ſecondo de ſent. excommu. Nauar. cap. 26. nu. 27. nu. 46. & eſt communis Syman de Cathol. Inſtit. tit. 3. num. 3. cum allegatis.

Decimo quinto quæritur, vtrum prælatus habens iuriſdictionem epiſcopalem, poſſit in articulo mortis abſoluere a caſibus reſeruatis, & cenſuris eccleſiaſticis prout ſupra?

Reſpondetur, quod ſic a cenſuris modo habeat ſaltem primam tonſuram, & etiam extra articulum mortis, quia poteſt, ea omnia, quæ conceduntur Epiſcopis in cap. liceat, Conc. Trid. ſeſſ. 24. ſed non a caſibus, qui ſunt peccata, quia ab his non poteſt, niſi ſit ſacerdos, ſed a cenſuris poteſt abſoluere in vtroque foro, Nauar. c. 27. num. 41. ratio eſt, quia abſolutio a cẽ-

ſuris

ſuris eccleſiaſticis, potius eſt iuriſdictionis, quam ſacramentalis. Nauar. loc. citat. ex D. Tho. Anto. & Riccard. & Innocent. in cap. tanta, num. 3. de ſentent. excommun.

Decimo ſexto quæritur, ſi poſtea pænitens ſic abſolutus in articulo mortis ſuper uixerit, an teneatur procurare aliam abſo lutionem a ſuperiore, cui erant reſeruati illi caſus, & cenſuræ?

Reſpondetur primo, quod quo ad caſus reſeruatos, ſufficit, & valet illa abſolutio, ſed quo ad cenſuras, oportet, eum adire ſuperiorem, cui illæ erant reſeruate, vt ſi Papales ad Papam, ſi Epiſcopales ad Epiſcopum, ita Nauar. c. 27. nu. 271. & alij communiter.

Secundo, ſi vero caſus papales, qui ſemper ſunt connexi cum cenſuris, ſint occulti, poſſunt abſolui per Epiſcopum, exceptis his, qui ſunt in bulla cænæ Domini, qui non conceduntur niſi de eis fiat expreſſa mentio, Concil. & Doct. loc. citat.

Decimo ſeptimo quæritur, vtrum confeſſio, facta laico in articulo mortis, ſit meritoria?

Reſpondetur, quod quo ad abſolutio-

nem non, prout dictum est supra, quæst. 13. sed quo ad meritum virtutis, idest humilitatis, & ad diminutionem pęnarum pro peccatis debitarum, propter meritum confessionis sic, Asten. lib.5.tit.13. quæst. 3. cap.qui ergo de pænit.dist.6.& Hostien. loco citato, num. 14.

Decimo octauo quæritur, vtrum omnes cõfessarij, approbati ab ordinario possint tempore iubilęi absoluere a casibus reseruatis Episcopo etiam à censuris?

Respondetur, quod sic, ratio est, quia potestas iurisdictionis, non consistit seu conceditur solum propter confessarios, sed propter pænitentes, quibus tunc temporis datur illud indultum, ita Sum. Pis. & supplem. ver. confessio 3. & probatur per extensum in praxi episcopali, ver. absolutio. §.7. & Nauarr. loco citato, ex D. Thom. in 4. sent. dist.17. quęst.3. artic. 3. quæst.4.dicit gratiam indulti iurisdictionis non esse commissam homini in fauorẽ suum, sed plebis & ad honorem Dei.

Decimo nono quæritur, vtrum Episcopi per dict. cap. liceat, & confessarij per facultatem traditam iubilęis possint absoluere ab omnibus casibus reseruatis sedi

Apo-

Apostolicæ, etiam in bulla cœnæ, etiam ab hæresi occulta?

Respondetur, quod quo ad casus papales occultos (exceptis bullæ cœnæ Domini) possunt Episcopi per dict. cap. liceat, quo vero ad alia, dico me tenuisse opinionem negatiuam in praxi mea Episcopali, loco citato, §. 5. per doctrinam, Nauar. cap. 27. num. 172. not. 15. Sym. Couar. & aliorum, tamen in iubilæis, & alijs priuilegijs, re melius considerata, tenendo opinionem, Soti 3. sent. dist. 18. questi 2. artic. 4. & Flor. 4. sent. tract. de confess. artic. 4. Dico quod sic, & probatur à sufficienti partium enumeratione, nam casus vel est reseruatus summo Pontifici in corpore iuris canonici; vel in aliquot bullis, vel extrauagantibus particularibus, vel in processu litterarum cœnæ Domini; sed in iubilæis, & alijs gratijs similibus in quibus sunt hæc verba, vel æquipollentia, vt possint absolui ab omnibus casibus sedi Apostolicæ reseruatis, etiam in processu litterarum cœnæ Domini, continentur omnia prædicta, ergo possunt tunc temporis, ad motiua, Nauar. Sym. Couar. & aliorum, posset responderi, quod intelliguntur extra

tra casum iubilæorum, vel similium gratiarum, tamen in hoc procedendum esset cum grano salis maxima adhibita diligentia, & matura consideratione.

Vigesimo quæritur, vtrum sacerdotes non approbati ab ordinarijs possint absoluere aliquos?

Respondetur, quod sic, nimirum Episcopos, & personas alias exemptas & hoc per potestatem annexam ordini, Nauar. in cap. placuit, num. 52. de pęn. distinct. 6. quia Concilium loquitur de secularibus, & subditis, cuiusmodi non sunt episcopi, & regulares, vel exempti.

Vigesimo primo quæritur, quot parochos possit quis habere?

Respondetur, quod tres, papam, episcopum, & curatum, & Archiepiscopum dum visitat, Nauar. in cap. placuit, num. 128. de pæn. dist. 6.

De conditionibus ministri pænitentiæ & primo de potestate. Cap. XVI.

PRimo quæritur, quæ conditiones requirantur in ministro huius sacramenti?

ti? Respondetur, quod quinque quarum prima est de essentia solum, videlicet potestas, scientia, bonitas, prudentia, & secretudo, siue sigillum, ita Caietan. in sum. ver. confessio. Hinc fit, quod si quis confiteretur peccata sua alicui sacerdoti, non habenti potestatem ordinariam, vt parochi, vel delegatam, vt alij approbati ab ordinario, nulla esset confessio, quia potestas ista nõ potest suppleri a iure positiuo, cum deriuet a iure diuino Ioan. capitulo 22.

Secundo quæritur, an confessarij siue regulares, siue seculares semel approbati in vna diœcesi, sint semper approbati?

Respondetur primo, si sunt approbati ad beneplacitum, vel ad tempus prefixum ab ordinario, quam approbationem vocant, competenter, tunc cessante beneplacito, & elapso eo tempore, expirat auctoritas, secundo, si concessio est perpetua, quam dicunt, vndequaque, tunc etiã mortuo Episcopo durat, & sic nõ opus est querere aliam a successore, ratio est, quia illa auctoritas data est a iurisdictione episcopali, quæ numquam moritur.

Tertio si vero successor Episcopus facer-

ret reuocationem omnium approbationũ factarum à ſuo prædeceſſore, tunc opus eſt noua approbatione, & auctoritate, & hoc tam in ſecularibus, quam in regularibus confeſſarijs ratio eſt, quia poteſtas data ab aliquo ordinario, tam diu durat, quamdiu non reuocetur Sot. loco citato diſt. 18. queſt. 4 ar. 3. Ange. ver. confeſſio 3. num. 23. flor. loco citato tract. de miniſ. hoc tamen fallit in parochis, quorum auctoritas non reuocatur, patet ratione, quam habes inferius hoc cap. q. 4. & Hoſti. vbi ſupra §. cui confitendum numero 14. initio.

Quarto idem dicendum eſt, ſi idẽ Epiſcopus, qui prius conceſſerat approbationes, faceret vniuerſalem, vel particularem reuocationem iuſtis de cauſis, ſuam mouentibus mentem, nam tunc ſimiliter, noua eſſet opus approbatione, & auctoritate, quis enim ignorat tantam confeſſarios habere auctoritatem, quanta eis tribuitur ab ordinarijs Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 23. capitulo. 15. de refor. vbi indiſtincte loquitur.

Quinto ſi vero aliqui perpetuo approbati diſcenderent, à diæceſi, & longam

hi

hi traderent moram, & postea redirient, dico quod eandem haberent auctoritatẽ, ratio est, quia semel, vndequaque approbati, semper ita censeri debent, nisi fieret interim aliqua reuocatio, vel per eundem, vel per successorem Episcopum Nauarr. c.27.nu.266. quod probat per clem. dudũ. §. 51. vero de sepult. vbi id mihi videtur non probare, & citat. Cardinalem in d. clem: q. 1. & ita uidi practicari Neapoli in exordio Archiepiscopatus Pauli Cardinalis de Aretio, vbi fecit vniuersalem reuocationem omnium approbationum confessariorum factarum à suis prædecessoribus, & ita potest intelligi declaratio sac. congr. Card. quæ est in meis manu scriptis num. 307. in hec verba; fratres mendicantes, semel examinati, & idonei reperti pro confessionibus audiendis, non debent iterum ab eodem ordinario, nec etiã per successorem examinari, quod intelligitur, quando fuerint approbati pro semper, & vt dicunt vndequaque, vide in praxi mea episcopali, in ver. confessores §. 2. & Caualcanũ decis. 19. num. 10. vbi habet, semel examinatum, & idoneum repertum in vno, non debere iterum examinari,

nisi

nisi in moribus, allegat capitulũ de Petro & ibi glosa in versiculo ignota Quadragesima sept. dist.

Tertio quæritur, vtrum confessarij sic approbati, possint per totam diæcesim ordinarij à quo approbati sunt vti hac auctoritate?

Respondetur primo quod sic, ita in clẽ. dudum §. statuimus de sepult. vbi dicitur in ciuitatibus, & diæcesibus ita flor. loco. cit.

Dico secundo, extra diæcesim non possunt audire confessiones etiam subditorũ Episcopo, à quo fuerint approbati clẽ. loco citato Syluest. ver. confessor 1. §. 10. licet ibidem §. 14. hoc neget de mendicantibus, quia hoc solum possunt curati, seu parochi, quia iurisdictio parochi est ordinaria, & ideo fauorabilis, & amplianda aliorum est delegata, & ideo est odiosa, & restringibilis glo: in cap. 1. in ver. processus in fine de rescrip. lib. 6. & ibi Gom. nu. 66. & tractat. de expectat. num. 19. & ita doctor. cõmuniter, & Hosti. tit. de pęnit. & remiss. num. 14. dicit quod sola iurisdictio ordinaria potest prorogari Archi. in cap placuit de penit. d. 6.

Dico

Dico quarto quod nec ipsi parochi extra diœcesim, nisi subditos suæ parœciæ possunt audire, & absoluere, quia solum de suis subditis loquuntur doct. loco citato Hosti. vbi supra Vittor. q. 131.

Dico quinto (loquendo de regularibus vel de alijs delegatis confessarijs) hoc totum intelligitur nisi per ordinarium fuerit eis coarctata potestas, solum in suis ecclesijs, vel in sola ciuitate, vbi habent suas ecclesias, vel suos conuentus, & monasteria, & vulgo hoc taliter practicatur alicubi, quamuis censerem, magis expedire, si licentia regularibus probatæ vitæ, atque doctrinæ per totam diœcesim cōcederetur, cum ipsi pro nutu suorum superiorum passim de vno conuentu ad alium etiam eiusdem diœcesis transmittantur.

Quarto quęritur, vtrum parochi, & curati possint per totam diæcesim, & etiam non subditos suos audire, & absoluere?

Respondetur, quod sic, quia auctoritas eorum est ordinaria, & ideo amplianda, prout supra, & Concil. loco citato, in habente parochiale beneficium, non dicit requiri examen, & approbationem ab Episcopo ad confessiones audiendas, sed so-

lum

lum sufficere beneficium parochiale, & hoc est rationi consonum, nam cum fuerit approbatus ad curam animarum, consequenter etiam ad confessiones audiendas, & eius auctoritas est de Iure diuino, Syl. loco citato, Hosti. vbi supra §. cui confitendum, num. 14. in principio.

Quinto quæritur vtrum curati solum semel in anno, etiam toties, quoties voluerit suus subditus peccata confiteri teneãtur illum audire?

Respondetur quod sic ita Angel. verb. confessio, num. 34. Asten. lib. 5. tit. 14. q. 8. Flor. loc. citat. ratio est, quia pastor tenetur pascere oues suas, quoties eas esurire viderit Ezech. cap. 34. Ioan. capitulo vltimo.

Dico secundo, sed Sot. loc. citat. artic. 2. dat hoc temperamentũ, quod tunc tenetur curatus, quando subditus rationabili causa vellet confiteri, vt quoties vellet communicare, vt singulis mensibus, vel quando curatus non esset occupatus alijs negocijs puta, prædicandi, legendi, quid ve simile faciendi, Syluest. ver. confessor. 1. §. 18. Nauar. in cap. placuit in glo. num. 152. dicit tunc teneri parochum toties au

scul-

ſcutare ſuum ſubditum quoties non occu paretur maioribus, vel viderit, non ſatis expedire niſi die indulgentiarum, vel iubilęi, Adrian. in 4. ſent. tractat. de confeſſ. quæſt. 5. dub. 8.

Sexto quæritur, a quibus peccatis poſſint abſoluere iſti confeſſarij, ſic approbati, & etiam parochi?

Reſpondetur primo, ab omnibus peccatis præterquam reſeruatis epiſcopo, vel ſummo Pontifici, ita Concil. Tridentin. ſeſſ. 14. cap. 7. prope finem.

Dico ſecundo, idem de regularibus, niſi aliter ſuis in priuilegijs caueatur, modo ſint confirmata poſt Concilium Tridentinum, & poſt bullam Pij Quarti, prout dixi in praxi mea epiſcopali, ver. abſolutio §. ſexto.

Septimo quęritur, an regulares inuito eorum prælato ſolum cum auctoritate ordinarij poſſint confeſsiones ſecularium audire?

Reſpondetur primo, quod ſic, niſi aliter caueatur in ſua regula, vel conſtitutionibus, tamen non debent hoc facere, quia peccant contra obedientiam ſuæ religionis.

Dico ſecundo., quod optimum conſilium dat Illuſtrisſimus Cardinalis Paleottus in ſua Synodo diœceſana, vt Epiſcopus nulli regulari det hanc auctoritatem, niſi habeat ſpecialem hanc poteſtatem ſeu licentiam a ſuis ſuperioribus, vide Flor. lo. citat. Hoſtien. vbi ſupra, num. 14. vbi dicit, quod non ſine licentia Abbatis, & ſub nomine Abbatis, intellige omnes ſuperiores erga religioſos, & dict. clem. dudum, §. ſtatuimus dicit, vt eligantur a ſuis ſuperioribus, & Nauar. in cap. placuit, num. 53. de pæn. diſt. 6. dicit vltra auctoritatem ordinarij, nequiri, in regularibus, etiam licẽtiam ſuorum ſuperiorum, per cap. adijcimus, 16. quæſt. 1. glo. in clem. 1. de priuileg.

Octauo quæritur, ſi cui conceditur per priuilegium, vt eligat ſibi confeſſarium, an iſte poſſit eligere quemcumque ſacerdotem.

Reſpondetur primo, quod non, niſi approbatum ab ordinario, & ita pasſim ſolet poni iſta clauſula in dyplomatibus, ſeu priuilegijs, iſta eſt communis, Flor. loco citato, & hoc per dictum ſacr. Concil. loco citato.

Dico

Dico secundo, quòd Sot. loc. citat. art. 3. dicit quod sic, ratio est, quia ponitur in optione, & libertate impetrãtis eligendi sibi sacerdotem, quem maluerit, nam auctoritas tunc conceditur a Papa illi sacerdoti, sic electo a persona priuilegiata, alias priuilegium, quid operaretur si deberet eligere apprabatum ab ordinario, quem absque priuilegio, poterat eligere, hoc intellige, quãdo in priuilegio loquitur præcise secus vero, si ibi diceretur, vt eligat approbatum ab ordinario, quia tũc tenor priuilegij debet obseruari prout sonat, cap. porrò, & ibi gl. in verb. ex inspectione de priuil. Nauar. in cap. placuit, numer. 42. de pæn. dist. 6. & Adria. in 4. quæs. de confess. dub. primo.

Dico tertio, quod ista gratia, eligendi confessarium, non consumatur primo actu sed potest eligere nunc vnum, nunc alterum, quoties voluerit, nisi aliter caueatur in priuilegio, Nauar. in cap. placuit, in gl. num. 169. de pæn. dist. 6.

Nono quæritur, an religiosi, qui se præsentant coram ordinarijs, pro hac facultate obtinenda, debeant habere licentiã seu obedientiam, vt ipsi dicunt audiendi con

fessiones secularium a suis generalibus, seu prouincialibus an sufficiat eam habere à suis Prioribus vel Guardianis, vel Abbatibus, seu Præpositis, & Correptoribus suorum monasteriorum?

Respondetur primo, quod Sot. loc. cit. art. 3. dicit, quod sufficit eam habere, a Prioribus, vel Guardianis, idem Ang. loc. cit. nu. 22.

Dico secundo, quod melius est, vt eam habeāt, vel a suis Generalibus, vel a Prouincialibus.

Dico tertio, hoc limitatur, nisi Guardiani, vel Priores, & alij vt supra essent in monasterijs exemptis a iurisdictione Prouincialis, vel essent Guardiani, vel Priores, vel Vicarij generales, prout multis in monasterijs solent esse, sed cum ista sint facti, potius quàm iuris inspicienda esset facultas Priorum, & Guardianorum, si in ea habent huiusmodi auctoritatem, nam in dict. clement. dudum, §. statuimus, ista auctoritas conceditur solum magistris, & custodibus minorum, & ibi glo. in ver. custodes, hoc negat prioribus, prædicatorum, & Guardianibus Minorum.

Decimo quæritur, qui sint cuiuscunq.

status

ſtatus proprij ſacerdotes, ſeu confeſſarij?

Reſpondetur primo, quod de hoc eſt videre, Sylueſ.ver.confeſſor.1.§.1.per multa, Aſtenſ.lib.5.tit.14.& 15. vt Papa, Legati Apoſtolici, Epiſcopi, & ſub nomine Epiſcopi includuntur Patriarchę, Primates, Archiepiſcopi, & omnes habentes epiſcopalem iuriſdictionem, parochi, prælati, religionum, iſti omnes dicuntur ordinarij, & proprij ſacerdotes erga ſuos ſubditos, patet vulgatis, Hoſtie. in ſumm. a numero decimo quinto, & infra, tit.de pænit.& remiſſ.§.cui Papa.

Dico ſecundo, de conſuetudine generali, cum hodie introductum ſit, quemlibet, poſſe, confiteri peccata ſua cuicunque ſacerdoti, approbato, tam ſemel in anno, quam extra, parum iſtud dubium habet locum, prout probauimus magis per extenſum in praxi noſtra Epiſcopali, ver.confeſſio.§.2.pro quo vide Victo.quæſt.154.Caiet.in ſum.in verb.abſolutio à peccatis ex parte abſol. §. licentia, Flor. Theol. in 4. tract. de confeſſ. folio mihi 245.D.Anton. in ſumm.3.parte, tit.17.cap.1.Angel.verb. confeſſio, 3.num.3.Sot. loco citato, quæſt. 4. artic.2.Nauar.cap.9.num.5.Ioa.de Baſ-

ſo. 4.ſent. diſt.17.quæſt.2.art.3.& diximus ſuperius,cap.decimo quinto, quæſtio. ſecunda.

Vndecimo quæritur, vtrum poſſit vnus ſacerdos audire peccata alicuius, & alter ſacerdos abſoluere, puta ſi ſacerdos habens auctoritatem ignorat idioma pænitentis, quod intelligit alter ſacerdos non habens auctoritatem?

Reſpondetur quod non, quia ab eodem debet proferri forma, a quo præcipitur materia, Aſten. lib.5.quæſt.14.artic.6.niſi pęnitens vellet confiteri per interpretē, qui ſit ſacerdos ſimplex,vel laicus, qui dū profert verba ſui idiomatis inter media perſona declaret illud per ſingula verba ſacerdoti confeſſario præſentibus tribus nempe pænitente,interpræte, & confeſſario, aliter fieri non poſſet, & ita intelligitur, quod dixi ſupra, capite 14. quæſtio. quarta.

Duodocimo quæritur, ſi quis confiteretur ſua peccata alicui, qui non eſt ſacerdos, & hoc ignoranter inculpabiliter, a quo etiam accipit abſolutionem (licet perperam) ſi accedat attritus, fiat contritus virtute illius confeſſionis,& abſolutionis

nis? Respondetur primo, ita videri, quia Astens. loco citato, quęst. 7. dicit quod cõfessio facta non sacerdoti ignoranter est meritoria pęnitenti licet sacramentum pęnitentiæ non susceperit, tamen ipsemet, loco citato, tit. 13. quæst. 3. dicit quod confessio facta laico, valet ad diminutionem pænę per meritum confessionis, non tamẽ illa diminutio pęnę consequitur ex virtute clauium.

Dico secundo, quod non sit contritus, quia illud solum tribuitur auctoritati clauium, Ioan. 22.

Dico tertio, quod potest esse, quod per progressum confessionis, pænitens fiat cõtritus ex feruore charitatis, vel ex vehementia doloris, vel auxilio diuino, vt Gregor. in homil. Magdalenę, & D. August. homil. 23. vbi ait, accessit ad Dominum immunda, vt rediret munda, accessit ægra, vt rediret sana, accessit confessa, vt rediret professa, quia licet attritio, non posset fieri contritio, vt dictum est supra capitulo sexto, quæstione secunda, tertia, & quarta, tamen pęnitens potest fieri de attritio contritus.

Decimo tertio quæritur, si quis attritus facit confessionem laico, vel clerico non habenti auctoritatem scienter, vt quia non est sacerdos, sed solum in sacris, non habēs copiam sacerdotis in articulo mortis, an fiat de attrito contritus?

Respondetur primo, quod non ex virtute sacramenti, quod nunc nullum est, prout supra dictum est.

Dico secūdo, quod posset fieri ex dispositione pænitentis mutantis in se dispositionem doloris imperfecti, in dispositionē doloris perfecti, per charitatem diffusam à spiritu sancto in cor eius.

Dico tertio si moreretur solum cum illa attritione, & confessione, absque contritione damnaretur, Vide Asten. loco citato, tit. 9. quæst. 5. Nauar. cap. 1. num. 41. Ioan. de Bassolis, 4. sent. distinct. 14. quęst. secunda, articulo secundo, Flor. in 4. tractat. de contrit. artic. 4. ex sententia, D. Thom. & Scoti, vide omnino Caietan. 2. tit. opusc. quęst. 1. ver. quo ad primum, & Syman. de Catth. Instit. tit. 32. nu. 9. & in c. quem pænitet, de pænitent. distin. 1. habet, quod ille sit dignus venia ex sacerdotis desiderio.

De-

Decimo quęritur, vtrum ſacerdos poſſit audire confeſſionem illius mulieris, cũ qua fortaſſe peccauit, & eam abſoluere?

Reſpondetur primo quod hoc non debet fieri regulariter. Primo, quia eſſet periculum dare occaſionem peccandi, & ſic ponendo obicem ſacramento, vel auferendi erubeſcentiam, quæ ſatis vtilis eſt huic ſacramento.

Dico ſecundo, quod valet abſolutio Sylueſ. ver. confeſſio 1. §. 16. num. 17. Flor. loco citato, & alij communiter.

Decimo quinto quæritur, ad quid deſeruit pænitenti confeſſio facta laico?

Reſpondetur primo, ad ea quę dicta ſunt ſupra, quęſt. 12. & quæſt. 13.

Dico ſecundo ſecuta morte ipſius ſi per annum, vel plus ſteterit non confiteri, ob quod eccleſiaſtica ſepultura carere debebat dict. cap. omnis vtriuſq. quod per hãc confeſſionem factam laico, poteſt in eccleſia ſepelliri.

Dico tertio, ſi erat excommunicatus, & oſtendit ſigna contritionis poteſt deinde abſolui etiam ſi laico non fuiſſet confeſſus cap. a nobis il 2. de ſen. excomm. Hoſt. vbi ſupra, num. 14.

Dico

Dico quarto, iste sic excommunicatus siue confessus laico siue ostendit tantum signa pænitentiæ, si moriatur, non gaudet suffragijs ecclesiæ, nisi prius ab excommunicatione absoluatur, dict. cap. a nobis vers. vnde quamcumque, gloss. in cap. sacris in ver. constitutioni de sent. excom. Flor. tract. de excomm. artic. 3. diffi. 5. Sot. 4. sentent. dist. 45. quæst. 2. articulo tertio, in fine, vnde practica est, vt absoluatur, antequam ad ecclesiam deferatur, per regulam, cui non communicamus viuo, nec mortuo communicare debemus, capit. sacris de sepul. capit. sane 24. quæstione secunda.

Dico quinto, quod laicus non potest absoluere ab excommunicatione in dicto articulo, prout superius, cap. 15. q. 13. Nauar. in cap. 1. nu. 84. de pęn. dist. 6.

Dico sexto, quod licet in dicto articulo quis confessus fuerit laico, non ideo poterit sepelliri in loco sacro, nisi prius absoluatur prout loc. cit. Nauar. vbi supra, numero 85.

De scientia Confessarij.
Cap. XVII.

PRimo quæritur, quæ scientia requiritur in confessario?

Respondetur primo, ex Caieta.in ver. confessor,& alijs, quod debet scire multa.

Primum, si pęnitens est excommunicatus nec nè,

Secundum, si tenetur ad aliquam restitutionem.

Tertium, si est in statu perseuerandi in peccato mortali, puta odio, vsura, concubinatu.

Quartum, si habet aliquem casum reseruatum superiori.

Quintum, si confitens est sibi subditus propter cap. om. vtr. sex. de pęnitent. & remiss.

Sextum, tenetur scire peccata, & circunstantias peccatorum, & hoc siue latine, siue vulgariter, sed non tenentur scire peccata, & eorum circumstantias in promptu, sed quod sciat, vt audiendo cõ-

fes-

fessionem sciat dubitare, studere libro, & consulere peritiores, & hoc sub pæna peccati mortalis, Flor, Theol.in 4.tractat.de confess.art. 6. dicit, quod sufficit, vt sciat peccata mortalia, quæ sunt contra decem pręcepta decalogi, & sciat formam absolutionis, idem Nauar.in cap. 1.§.caueat, num.14.de pæn.d.6. & in cap.1. num.8. in principio, de pænitent.dist.6. vbi ait, sciẽtiam soluendi illam esse, qua scit formam absolutionis ex quibus ego.

Dico secundo, si consideremus hoc ex parte confessarij, dico quod tenetur scire ea quę dicit Caietanus tamquam necessaria propter statum pęnitentis, si vero consideremus hoc ex parte pænitentis ad hoc ne teneatur reiterare confessionem, sufficit quod dicit Flor. prout dicam inferius, cap.21.quæst,4.de reiter.confess.

Dico tertio, prout dixi in praxi mea episcopali, ver.confessores,§.3.nulli sacerdoti debet concedi potestat audiendi confessiones nisi saltem sciat circumstantias peccatorum, quibus scitis, potest etiam scire peccata, ideo Syluest. verb. confess. ait, quod qui bene viderit, defecerunt, D. Antonini potest admitti ad hoc officiũ,

vide

vide August.verb.confessor,4. Asten. lib. decimo quinto, titulo decimo sexto, Sot. distinctione decima octaua, quæstio.quarta, articulo tertio, sed hoc nō potest dari certa regula,& ideo relinquitur arbitrio, & prudentiæ ordinarij, & examinatorum, & quæ sunt peccata mortalia, & quæ venialia in genere suo, & eorum circumstantias. Nauarr. in loco citato, numero decimo septimo per capitulũ non opportet, octaua,quæstione prima,vide inferius capite vigesimo quinto, quæstione trigesima tertia.

Dico quarto, quod ratione diuersorum locorum, exigitur plus, vel minus scientiæ, vt in terris maritimis, ciuitatibus villis. Nauarrus loco citato, numero decimo septimo, cap.non opportet 8. quęst.1.

De prudentia confessarij. Cap. XVIII.

QVæritur, quę prudentia requiritur in confessario?

Respondetur primo: Primum circa peccata

cata, vt hortatur pænitentem ſibi confite ri omnia, & ſingula peccata, quę ſuam conſcientiam remordent, & præcipue grauiora, & eorum circumſtantias.

Secundum, vt aliter audiat ruſticum, aliter nobilem, quia cum ruſtico debet vti ſuo modo loquendi etiam groſſiori, & rudiori, & non cum eo vtendo verbis politis, adhoc vt bene ab eo intelligatur.

Tertium, ſi veriſimile credat pænitentẽ oblitum aliquod peccatum, vt eum de illo prudenter interoget, prout dictum eſt ſupra, cap. 13. quęſt. 39. & cap. 9. quęſtio. ſecunda.

Quartum, vt honeſte procedat circa inrogationes faciendas, & maxime peccatorum carnalium, & precipue quando cõfiterentur mulieres.

Quintum, vt in explicandis peccatis, & circumſtantijs obſcęnis, vtatur verbis honeſtis, quantum poteſt.

Sextum, fugiat ſuperfluas interrogationes.

Septimum, & hoc eſt maxime neceſſarium, vt inducat pęnitentem ad verã contritionem, ideſt ad dolorem præteritorũ, & ad proponendum cauere in futurum, &

vt

vt rescindat causas, occasiones, & commoditates, quæ possunt inducere eos ad peccandum,& ad recidiuandum, inferius cap.25.quæst. 3. ceterum hic possunt multa dici, quæ breuitatis causa omittuntur, Vide Caiet. Asten. Sot. & alios, locis citatis.

De bonitate Ministri. Cap. XIX.

PRimo quæritur, vtrum solum Deus operetur gratiam in sacramento, & præcipue in hoc?

Respondetur primo, quod solum Deus est causa principalis gratiæ, quia ipse solus intrat in animam, qui est, vbique, ita D.Gregor. in psalm. 50. super illa verba, Tibi soli peccaui, & D.August. tractat. 4. in Ioa. super illa verba, Ecce Agnus Dei.

Dico tertio, minister concurrit ad gratiam, vt causa ministerialis, patet exēplo carpentarij, qui facit scamnum, & seca,& ascia facit scamnum, magister, vt causa primaria, seca, & ascia, vt causa instrumentalis, probatur, Ioan. cap. 20. quorū remiseritis, & cæt. sed peccata non possunt remitti, nisi per gratiam, ergo mini-

ſter concurrit ad gratiam, & hoc quando dicit, ego te abſoluo, ego te baptizo, immo dicere, quod miniſter non concurrit ad gratiam, eſſet hæreticum, Concil. Trid. ſeſſ. 7. can. 11. Sot. 4. ſent. diſt. 1. quæſt. 5. artic. 1. Nauarr. in cap. 1. in principio, nu. 15. de pæn. diſt. 6.

Secundo quæritur, ſi miniſter concurreret ad gratiā ſacramenti ſequeretur, quod quo melior eſſet miniſter eo maior cumulus gratię conferretur pænitenti?

Reſpondetur primo, quod illę orationes, quæ dicuntur ante, vel poſt formam ſacramenti, dicuntur nomine eccleſiæ, & ſic ſemper ſunt eiuſdem meriti, & fructus, & ſemper ſunt æquales, tam per bonos, quam per malos miniſtros, D. Thom. in adit. 3. par. quæſt. 71. art. 3.

Dico ſecundo, deuotio, & bonitas miniſtri, ſatis cooperatur pænitenti.

Dico tertio effectus ſacramenti, non impetratur oratione eccleſię, vel miniſtri, ſed ex merito paſſionis Chriſti, & media forma ſacramenti, & ſic effectus ſacramēti, non datur melior, vel peior, maior, vel minor, quia miniſter eſt melior, vel peior, maior, vel minor.

Di-

Dico quarto, quod oratio bona, boni ministri potest prodesse suscipienti sacramentum, nempe, vt pænitens bene vtatur gratia accepta per sacramentum, vel perseueret in iustitia, & sanctitate vitæ, iuxta illud Iacob in cap. vlt. in fine, & D. Augu. tract. 5. in Ioan. iuxta medium, cap. aliud de cons. dist. 4. 1. Corin. cap. & Hostien. in summ. tit. de temp. ordi. §. & à quo ver. hæ igitur, & tit. de remiss. §. vtrum fiat, num. 3.

Dico quinto, quod ob vitium ministri non limitatur, seu dissoluitur potestas a Christo ei tradita modo intendat facere, quod facit ecclesia Catholica, quod probat Sym. de Catth. Instit. tit. 4. num. 16. & 17. facit cap. Iulianus, 11. quæst. 3. Matth. cap. 23. Chrysostom. homil. 3. in fine, super Isai. exemplum optimum habes in speculo exemplorum, distinct. 2, numero 134. & in cap. intra Cathedram, 1. quæst. 1. vbi habetur nihil à bono maius, nihil à malo minus perfici sacerdote.

Tertio quæritur, vtrum sacerdos ministrans sacramentum in peccato mortali, peccat mortaliter?

Respõdetur quod sic Dionys. cap. 1. Eccles. Hierer. Leuit. cap. 19. psalm. 49. Deut.

cap.18.16.1.Cor.cap.11. Secundo probatur, quia facit iniuriam ſacramento,& ſic eſt ſacrilegium, & peccatum mortale in genere ſuo.

Quarto quæritur, ſi hoc eſſet, vtrum ſequeretur, quod multoties ſacerdos peccaret mortaliter.

Primo ſi exiſtens in peccato mortali ſacciperet hoſtiam iacētem in terra, cum forte ceciderit tangendo illam.

Secundo, ſi quis exiſteret in peccato mortali,& adoraret hoſtiam conſecratam, quia videtur quidam contractus per ſenſum viſus, omnis enim ſenſatio fit per cō tractum prout Philoſ.2. de anima, cap.¦de ſenſ.

Tertio, ſi ſacerdos exiſtens in peccato mortali benediceret nuptias.

Quarto, ſponſus, & ſponſa contrahens matrimonium, per verba de pręſenti, vel anuli benedictionem exiſtentes in peccato mortali.

Quinto, prędicator prædicans in peccato mortali,quia prædicatio videtur pertinere ad ſacramentum ordinis.

Sexto celebrans in peccato mortali faceret duo peccata mortalia,primum, quia ma-

male miniſtrat,ſecundum,quia male communicat.

Ad Septimũ, iudex eccleſiaſticus excommunicans in peccato mortali, quia excõmunicatio pertinet ad ſacramentum pæni tentiæ, & reducitur ad ſacramentum ordinis.

Octauum, ſubdiaconus cantans epiſtolam, vel euangelium in peccato mortali, & in ordinibus minoribus conſtituti mini ſtrantes in exercitijs eccleſiaſticis peculia ribus ſuorum ordinum, ſimiliter?

Nono ſacerdos,vel obligatus, recitans preces horarias in peccato mortali,videtur etiam mortifere peccare,Adrian.quolib.8.quæſt.1.

Decimo, ſacerdos benedicens aquam benedictam, videtur peccare mortaliter, ſi id facit in peccato mortali cum ſit acti peculiares ordini ſacerdotali.

Reſpodetur primo, quod communis ſententia omnium Theologorum,& Cano niſtarum eſt,quod omnis ſacerdos,vt ſacer dos miniſtrans ſacramentum in peccato mortali, peccat mortaliter in Cant. Iſai. 1.quæſt.1.D.Thom.3.par. quæſt.64. art. 6. in corp.Angel.ver.baptiſmus 5.Tabie.eo.

ver.3. Dico ſecundo, quod regula vniuerſalis eſt, quando ſacerdos facit aliquam actionem ſacramentalem, ideſt ſanctam, qua confertur ſanctitas, ſeu gratia, tunc ſi miniſter agens hanc actionem, vt conſecratus per illam actionem, faciens illam in peccato mortali, ſemper eſt peccatũ mortale in huiuſmodi adminiſtratione, & ſic quatuor concurrant, opportet, vt peccetur mortaliter, primus, vt ſit res ſacra, ſanctificans, ideſt ſacramentum, ſecundum, vt ſit promotus, ſeu ordinatus ad illam actionem, vt ſacerdos eſt ordinatus ad adminiſtrationem ſacramenti, tertium, vt miniſter exiſtat in peccato mortali, quartũ, vt non adſit extrema neceſſitas, & per hãc regulã diluuntur omnia octo prędicta iſta regula tangitur a Nauar. loco citato, numero 13.

Ad primum accipiens hoſtiam a terra, non peccat mortaliter, licet ſit ſacerdos, qui accipit Sot. 4. ſen. d. 1. q. 5. ar. 6. Syl. v e. baptiſm. 3. nu. 6. Vict. q. 23. ratio eſt, quia illa acceptio hoſtię, non eſt actio ſacramentalis, & ſimiliter reſpondetur ad illud de adoratione, per eandẽ rationẽ, Inno. in c. quod in te, nu. 1. de pænitent. & remiſſ.

Ad

Ad tertium nec ſacerdos benedicens nuptias, quia non eſt miniſter ſacramenti matrimonij, ſed ipſi contrahentes ſunt miniſtri ſecundum veriorem opinionem & ſi Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 1. de reformatri §. qui aliter præſentiam parochi eſſe neceſſariam, non propterea determinauit ſacerdotem eſſe miniſtrum, ſed ſòlum matrimonium eſſe iritum, & inane abſque eius præſentia, alij vero doctores aſſerentes ſacerdotem eſſe miniſtrum matrimonij vt Can. & Syul. Paris. dicunt quod peccat mortaliter, ſed ego exiſtimo primam opinionem, eſſe tutiorem.

Ad Quartum ipſi, contrahentes peccant mortaliter contrahendo matrimonium in peccato mortali, non quia ſunt miniſtri huius ſacramenti ad illud miniſterium, ſed quia ponunt obicem gratiæ quam debent accipere per illud ſacramẽtum Sot. lo. cit. in vlti. Nauar. cap. 22. nu. 81. vide ſuperius cap. 10. q. 29. Nauarr. in cap. 1. §. ſacerdos ad quintum nu. 10. d. p diſt. 6.

Ad quintum prędicator prædicans in peccato mortali ſi peccatum non eſt publicũ, vel non ſit ſcandalum non peccat morta-

liter Caiet. in sum. ver. prędicatorum peccata Sot. loco cit Flor. 4. 5. tract. de minis. bapt. ar. 5. Condus 3. licet Caiet 3. 1. q. 64. ar. 6. & Nauar cap. 25. num. 141. dicant oppositum, ratio est quia prædicatio non est actio sacramentalis; nec prædicator ordinatur ad illam actionem, quia munus prædicandi prætinet ad Episcopum Cõc. Trid. sess. 24. cap. 4. de refir. D. Tho. 3. 1. q. 67. ar. 1. ad 1. & si in pontificali dicitur in ordinatione Diaconi, quod possit annunciare Euangelium, non idem inteligitur de prædicatione, sed de cathecizatione vide Con. trid. sess. 5. ca. 2. de refor. & cap. adiscimus 27. q. 1. & cap, excomunicauimus de hęret.

Ad sextum sacerdos celebrans, & cõmunicans in peccato mortali, facit duo peccata mortalia primum quia celebras facit actũ ad quem est peculialiter cõsecratus.

Secundum quia sumit in peccato mortali, & si alios comunicat etiam peccat, quia quamuis non det gratiam, tamen, vel concurrit ad illam, prout dictum est supra quęst. 1. vel quia dat auctorem gratiæ, ista est Sot. loco citato Nauarr. in capitulo primo §. sacerdos numero decimo ad

de

de pęn. dist.6.limitatur nisi prębeat sacramentum Eucharistiæ alicui in necessitate, quia tunc non peccaret licet stet in pecca to mortali, Innocent. loco cit.

Ad septimum, Iudex ecclesiasticus excommunicans in peccato mortali, nō peccat mortaliter, Victor. tractat. de excom. quæst. 17. ratio est, quia non est actus sacramentalis, sed iurisdictionalis, Nauarr. in c. 1. nu. 58. de pęn. d. 6. & in §. sacerdos, nu. 12. nisi sit notorium, sed tu dic, prout in bulla Martini Quinti.

Ad Octauum, neo subdiaconus, vel diaconus, & alij clerici prout supra, Sot. loc. citato, quicquid dicat Victo. quæst. 29. ratio est, quia illa actio, non est sanctificans, nec sacramentum, licet sint ordinati ad illam actionem.

Ad Nonum, respondetur, quod non, quia non est actus sacramentalis recitare horas canonicas, D. Thom. in 4. sen. d. 5. & 19. a 1. q. 2. Nauar. in c. 1. §. sacerdos, num. 16. de pęn. dist. 6.

Ad Decimū respondetur, quod Nauar. loco citato, num. 14. videtur dicere, quod sic, quia est actus peculiaris ordinis sacerdotalis sanctissimus; tamen mihi videtur,

quod non, quia non ſacramentale.

Quinto quæritur, ſi ſacerdos ſtat in peccato mortali, & aduertit ſe ſtare in dicto peccato, ſed non aduertit eſſe peccatum mortale miniſtrare ſacramentum in tali ſtatu, an peccet mortaliter?

Reſpondetur primo, ſi iſte eſt obligatus ad ſciendum hoc, quod non poteſt facere ſine peccato mortali, quia ignorantia nõ excuſat, niſi quando eſt probabilis, vel inuincibilis, vt quando neſcit, ea quæ non tenetur ſcire.

Dico ſecundo, ſi iſte non haberet, qui eum hoc doceret, vel non haberet librũ ex quo poſſet hoc adiſcere, dato hoc caſu (qui rariſſime poteſt accidere) tunc excuſaretur a mortali.

Dico tertio, quod vix excuſatur, quin peccet, quia ignorans ignorabitur, 1. Corinth. c. 14.

Sexto quæritur, ſacerdos in peccato mortali miniſtrando hoc ſacramentũ ſufficit ei, vt conteratur, an ſit neceſſe confiteri?

Reſpondetur primo, ex D. Anton. 3. p. tit. 14. cap. 13. §. 4. vbi dicit quod ſi aduertit ſe eſſe in peccato mortali, & habet como-

mo-

moditatem confitendi, quod debet confiteri, quando vero non, sufficit eius contritio, ratio est, quia debet se ponere in gratia, adhoc vt recte ministret, & si dices sufficit contritio?

Respondetur, hoc est exponere se periculo, quia vix, aut raro homo scire potest se habere contritionem, ergo videtur esse necesse confiteri.

Dico secundo ex communi sententia, & precipue, Victor. quęst. 136. quod sufficit contritio excepto sacramento Eucharistiæ, & sacramento ordinis, quãdo quis esset communicaturus, Conc. Trid. sess. 13. can. vlt. & dixi superius, cap. 10. q. 7. probatur quia non debet addi obligatio vbi non est.

Secundo, quia alias sequeretur perplexitas, nam ponamus, quod in aliqua ecclesia essent decem sacerdotes, omnes in lethali culpa sufficeret tunc temporis, vt vnus eorum conteratur, qui reliquos posset audire in confessione.

Tertio, quia in c. omnis, vtr. sex. de pænit. & remiss. solum semel in anno præcipitur confiteri, & Concil. Trident. sess. 24. cap. 1. de reform. matrim. solum horctatur

con-

congiuges confiteri ſua peccata, ſimiliter in ſacramento confirmationis in cap. vt ieiuni de conſecrat. diſt. 5. vide D. Thom. quolib. 1. quæſt. 6.

Septimo quæritur, ſi iſte ſacerdos vellet habere contritionem, numquid ſufficit dicere culpam ſuam conterendo vniuerſaliter, an teneatur deſcendere ad particularia peccata ſigillatim?

Reſpondetur, ex communi ſententia, Alen. Ricc. Dur. & Palud. & D. Thom. 3. p. quæſt. 87. q. 1. quod non eſt neceſſe ſingularis diſcuſſio omnium peccatorum, ſed ſufficit generalis ſcilicet dolere ſe offendiſſe Deum in confuſo ita Caiet. quæſt. 2. de contrit. Victor. q. 116. & Sot. 4. ſent. d. 17. quæſt. 2. art. 3. in 2. & 3. concl. dicit quod ſi vacat ſacerdoti habere ſingularem contritionem, eſſet neceſſe eam ſingulariter habere, ſecus vero ſi non vacat, verum iſta opinio Soti, eſt bona ſed communis eſt melior, prout dixi ſuperius, capite 7. quæſtio. 19.

Octauo quæritur, an ſacerdos in peccato mortali conſtitutus, audiens aliquẽ in confeſſione in caſu neceſſitatis, puta prope moriturum, vt quia morbo repenti no

no correptum, vel graui vulnere ſaucia-
tum peccet mortaliter?

Reſpondetur primo, quod D. Anton. lo.
citato, in fine dicit, quod ſi ſacerdos ha-
bet tempus tenetur habere contritionem,
& ſi ſcit illam, non ponere ipſum in gratia,
quia non attingit dolorem illum, quem
opporteret habere ſufficit ei, vt habeat in
tentionem habendi illam, poſtquàm ad-
miniſtrauerit ſacramentum, & iſta opinio
eſt etiam Palud. 4. ſent. diſt. 5.

Dico ſecundo, quod alij dicunt, quod
ſi ſacerdos tunc temporis aduertit de ſuo
peccato tenetur confiteri, ſi non aduertit
non peccat ſi non conteratur, & ſic dico,
quod ſi aduertit, & ei vacat, quod tenetur
habere illam ſecus vero non, nam tyran-
nicum eſſet, ſi videret hominem illum iam
moriturum, & nollet eius confeſſionem
audire, & eſſet cauſa illius damnationis,
vide Nau. c. 22. nu. 3. Caiet. 3. par. q. 64. ar.
6. ad 4.

Nono quæritur, an ſit expectandum vl
timum inſtans mortis pænitentis, ad hoc,
vt poſſit dici extrema neceſſitas?

Reſpondetur, quod non, ſed morali mo
do, quando probabiliter creditur, quem
quo-

prope moriturum, Syl. ver. confessor. 3. n. 10. Sot. loco citato, dist. 18. immo si probabiliter crederet ægrotum iãiam casurum in frenesim, vel perditurum loquelam, vel vsum rationis, posset eum audire, licet non sit prope mortem, quia ista potest etiã dici extrema necessitas, & semper, quod periculum esset in mora, Catech. Neapolitan. fol. 55. num. 14. vide superius, cap. 15. quæst. 6.

Decimo quæritur, an liceat mihi accipere sacramentum ab eo sacerdote, quem ego scio stare in peccato mortali, si manet paratus in ecclesia ad administrationẽ sacramentorum?

Respondetur primo, ex vna parte videri quod non, quia cooperor peccato illius & tam qui peccat, quam qui cooperatur peccato peccat, ex alia vero parte videtur, quod ego possum vti illo, qui est paratus ad dandum sacramentũ, puta quia manet in confessorio, ad audiendum confessiones omnium indifferentes.

Dico secundo, quod hic sunt tres opiniones, prima, quod non liceat propter rationem dictam; & si dices ille stat paratus, dico quod licet ita sit, tu tamen facis

eum

eum committere tale illud peccatum, & cooperaris peccato illius. Flor. loco cita. quęst. 3. de minis. sacram. Secunda opinio dicit, quod si scio illum daturum mihi sacramentum sine contritione, & manens in peccato mortali, non debeo ab illo accipere sacramentum, sed quia ego debeo semper bene putare de prossimo, & tenere hunc non daturum mihi sacramentum sine pręuia contritione, ideo possum accipere ab eo sacramentum, ista est communis, Duran. & Ricc. 4. sen. d. 5. Ang. ver. baptismus 1. num. 12. Armilla, ver. baptismus num. 44. Syl. ver. baptismus, 3. facit. c. sancimus 1. q. 7. vbi dicitur, quod nemo putatur immemor suæ salutis, tertia opinio dicit etiam, si scio illum daturum mihi sacramentum in peccato mortali possum ab eo accipere sacramentum ista est Soti 4. sent. dist. 1. q. 5. art. 6. etiam si non habeo necessitatem, immo si est doctior malus quam bonus, & ille mihi magis prodesset sua doctrina illum deberem eligere potius quā bonum minus doctum.

Dico tertio, quod opinio Soti est tenēda, quia peccatum esset, esset vtique, quia induco illum ad peccandum, sed hoc non

quia

quia iam ille ſtat paratus, prout dictum eſt, dicis tu moues illum ad peccandum, dico quod non, quia ego moueo illum ad dandum mihi ſacramentum, & non ad peccandum, immo potius eſt bonum illud, ad quod ego moueo illum, Dices hoc eſt cõtra doctrinam D. Thom. 2. 2. q. 110. art. 2. ad 3. vbi dicit, quod non licet ſumere baptiſmum à Symoniaco? Reſpondetur, quod eſt differentia, nam ibi eſt actio mala ex parte dantis, & accipientis, hic autẽ non, quia ſolum ex parte dantis, accipere enim ſacramentum ab eo qui eſt paratus ad dandum omnibus non videtur malum, Dices rurſus in cap. ſi quis 81. diſt. prohibetur, quod quis non debeat eſſe præſens officij presbyteri publici concubinarij, ergo multo magis accipere ſacramentum, idem in cap. nullus, & c. præterea, 32. d. & Nauar. cap. 25. num. 78. & 79. reſpondetur quod ibi loquitur de ſacerdotibus præciſis, & publicis peccatoribus, nos autem loquimur de habente peccatum, quod ego ſcio non alij, ſed de his dicitur inferius q. 17. Syman. de Catthol. Inſtit. tit. 9. numero 207. Innocent. in cap. per tuas, num. 2. de ſim. & in rubri. de ſchiſma. numero 3.

Vn-

Vndecimo quæritur, an possum inducere sacerdotem, in peccato mortali existentem ad dandummihi Sacramentũ etiã extra casum necissitatis, qui non sit paratus?

Respondetur primo quod Ricc. lo. cit. d.5.q.4.in corp.dicit quod sic quia nulla est distinctio in necessitate, vel non, nec si est paratus, vel non paratus ad dandum sacramentũ, Sot. vero.lo. cit.ar.6.q.4.dicit quod non, nisi in necessitate mortis, nec quando currit pręceptum cap. omnis vtr. sex.neque si haberet diploma eligendi cõfessarium.

Dico secundo quod opinio Sot. est optima, & tenenda, ratio est quia aliter cooperor peccato illius, qui non paratus, neque parochus meus, & si dices ego habeo bullam eligendi confessarium?

Respondetur quod habes bullam eligẽdi confessarium, sed non peccatorem.

Duodecimo quæritur, an liceat mihi inducere sacerdotem quem scio esse in peccato mortali, & scio quod mihi dabit sacramentum in peccato mortali, nec ego sum in extrema necessitate illius sacramẽti, puta quia soleo, singulis octo diebus,

vel

vel mensibus, propter aliquam meam deuotionem, vel votum confiteri, tamen ille est meus parrochus, curatus, vel prælatus?

Respondetur primo videri quod non, quia ego sum causa, vt ille committat tale peccatum.

Dico secũdo ex comuni sentẽtia quod licet, prima ratio est quia ego vtor iure meo, & qui vtitur iure suo nemini facit iniuriam, nam parrochiani habent ius petendi sacramentum à suo parocho cap. cũ ecclesia vulterana de elect. l. iniuriarum. §. 1. ff. de iniurijs, ista opinio etiam est Recc. lo. cit. q. 4. ar. 3. Sot. lo. cit. conclus. 3. Caiet. lo. cit. Victor. q. 3. Nauarr. in cap. 1. §. sacerdos nu. 6. d. p. dist. 6.

Decimo tertio, an ego possum inducere, sacerdotem quem ego scio stare in peccato mortali, non est meus parochus sed ego habeo potestetem eligendi confessarium per bullam, & sto in periculo mortis?

Respondetur primo quod Caiet. lo. cit. ar. 6. ad. 2. dicit quod si est paratus ad dandum sacramentum, quod licet, secus vero non, Sot. uero hic conclus. 4. & Illustrissimus

mus Cardinalis Toletus lib. 1. cap. 34. dicunt quod etiam, si non est paratus, possum illum inducere, ad audiendam meam confessionem, & ista opinio est tutior, ratio est quia in extrema necessitate quilibet sacerdos, tenetur mihi dare sacramētum.

Decimo quarto quæritur, an ego possum sacramentum à sacerdote excōmunicato, non dico inducere?

Respondetur primo videri, quod non, quia est membrum præcisum ab ecclesia c. resecande 2.3.q.4.

Dico secundo quod licet stante bulla Martini. 5. quæ incipit ad euitanda, ista sententia est cōmunis Sot. lo. cit. conclus. 5. Nauarr. cap. 27. num. 35. Caiet. lo. cit. & in sum. ver. confessionis iteratio ex parte confessoris §. memento Syluest. ver. excōmunicatio 5. §. 4. D. Anto. 3. p. tit. 25. cap. 3.

Decimo quinto quæritur, an liceat sumere sacramentum à sacerdote notorio excōmunicato?

Respondetur primo quod non, immo si ille me absolueret, absolutio esset nulla, & ego tenerem reiterare confessionem, ratio est quia notorie excōmunicatus, nec

per canones antiquos, nec per modernos poteſt adminiſtrare ſacramenta, iſta opinio eſt Couar. in cap. alma mater de ſent. excom.lib.6, Nauar. cap. 27. num. 35. & c. 9.num.6. Adria.4.5.q.4.de confeſ.

Dico ſecundo, quod ſolum exceptis duobus caſibus, ideſt publice denunciato per cedulones, vel cartones, & publico percuſſori clerici, etiam ſi ſit notorie excõmunicatus, non teneor illum euitare, & ſic poſſum ab eo accipere ſacramentũ, iſta opinio eſt Sot. lo. cit. concluſ. 5. Caiet. lo. cit. & hoc ſiue in neceſſitate, ſiue non, & eſt communis Victo. q.3.

Decimo ſexto quæritur, an poſſum inducere ſacerdotem excommunicatum, ad dandum mihi ſacramentum?

Reſpondetur primo quod Victo. lo. cit. & Nauar. cap. 26. num, 27. non diſtingunt Sot. vero lo. cit. concluſ. 6. & 7. dicit quod ſic in quibuſdam caſibus.

Dico ſecundo quod in extrema neceſſitate licet exceptis duobus illis caſibus, & etiam ſi non maneo in extrema neceſſitate, & ille eſt meus parochus, poſſum illum inducere, ratio eſt quia mihi eſt obligatus vt dictum eſt ſupra q. 12.

De

Decimo ſetimo quæritur, an poſſum audire miſſam, vel ſumere ſacramentum ab illo,qui eſt publicus concubinarius,vel fornicarius notorius, ratio dubitandi eſt, quam tetigimus ſuperius q. 10.

Reſpondetur primo quod Nauarr. cap. 25.num. 79. & Syluef. ver.miſſa. 2.§.3.dicunt quod non Sot. vero.lo.cit.concluſ.6. infine,& eſt fere communis modernorum, quod licet.

Dico ſecundo quod opinio Soti, & modernorum eſt tutior, & melior, & tenenda,probatur primo can;ſciſcitantibus 15. q.8,2.quia dum toleratur ab eccleſia, eſt vere miniſter eccleſiæ, & quouſque erit miniſter, poſſum abeo audire miſſam, & ſumere ſacramenta,ſicut ab alio probo miniſtro, & ad canones, qui videntur dicere oppoſitum?

Reſpondetur quod ſunt intelligendi de fornicarijs notorijs, qui olim ante concilium erant ipſo iure ſuſpenſi,vel de his, qui ſunt per ſententiam præciſi, & ſuſpenſi,ergo quouſque per ſententiam,non fuerint taliter declarati, poſſum, pro vtſupra, & hodie per Sac.Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 14.de refor.dicitur, quod ſunt ſuſpenden-

id, & non suspensi ipso iure, & sic exceptis duobus casibus bullę Mar. 5. semper possum ab eo sumere sacramenta, & audire missam, facit cap. sane 24. q. 2. vide fusius in praxi mea Episcopali in ver. concubinarij §. 3. ver. ad 2. vide Syman. de cathol. insti. tit. 9. num 207. vide omnino Inn. cap. fraternitatis num. 3. de hęr. & Nauar. in c. 1. §. laboret num. 10. de p. dist 6. vbi dicit quod nos possumus sumere sacramentum à suspensis per notoriam fornicationem quousque illa fornicarij suspēsio fuerit denuntiata D. Anton. 2. p. tit. 9. cap. 10. §. 1. ver. 6. Maior in 4. sent. d. 9. in fine & in cap. per tuas nu. 2. de simon. & in Rub. de schis. num. 3.

Decimo octauo quęritur, an licet mihi audire missam, & sumere sacramenta ab irregulari suspenso, vel interdicto?

Respondetur idem esse iudicium, ac de excōmunicato, exceptis duobus illis casibus bullæ Mart. 5. idem de degradato, & de deposito, ante quam, per publicam sententiam fuerit ab ecclesia pręcisus obeandem rationem, & ista sententia est etiam quorumdam modernorum.

Decimo nono quæritur, an peccent isti sacer-

ſacerdotes, ſic adminiſtrantes ſacramenta verbigratia, ego induco parochum meũ ad audiendam confeſſionem meam, & ipſe ſtat in peccato mortali?

Reſpondetur primo quod Caiet. in ſum in ver. abſolutionis impedimenta, & Illuſtriſſimus Toletus lo. cit dicunt, quod peccant Sot. vero lo. cit. cõcluſ. 6. dicit quod non peccant mortaliter, & iſta opinio eſt etiam cuiuſdam moderni.

Dico ſecundo quod exceptis illis duobus caſibus bullæ Marti. 5. ſi iſte eſt meus parochus, poteſt mihi dare ſacramenta, ſine peccato, dico illa ſacramenta quę poteſt quis petere, modo habeat contritionem.

Dico tertio quod ſi non eſt meus parochus, & ego ſum in extrema neceſsitate, puta in articulo mortis, poteſt etiam ſine peccato dare mihi ſacramentum, etiam ſi eſſet excomunicatus exceptis duobus illis caſibus, iſta opinio eſt Soti, & cuiuſdam moderni, ſecundo probatur, quod ſi non poſſet bulla Mar. 5. nihil mihi prodeſſet, quia diceret ille vos tantũmodo releuat bulla, non autem me, & ſi eſſet perplexitaſ, nam ſi ille ſciret ſe peccaturum dan-

do mihi sacramentum intali statu non daret, vtique nam bulla debet intelligi sic nō intendimus relaxare ipsum excommunicatum, ideſt quia non debet se ingerere, nisi intali casu puta necessitatis, & hoc in fauorem timoratarum conscientiarum.

Dico quarto quod ex hoc neque efficeretur irregularis excusante necessitate; vide Syluest. ver. confessor primo §. vlt. Nau. in sum. cap. 27. nu. 239. Flor. 4. 5. tract. de Euchar. & clarisime Inn. in capitulo medicinalis nu. 3. & 4. de sent ex vbi dicit non incurri irregularitatē huius generis ob administrationē sacramētorum ab irretito aliqua cēsura ecclesiastica, nisi quādo adesset contemptus, quod non præsumitur adesse in necessitate, vel ad euitandum scandalū, quod verisimiliter oriretur nisi celebraret, vel non administraret Inn. in cap. sicut in vlt. de cohabit. cleric. & mul. & dixi in praxi mea Episcopali in ver. irregularitas §. 13. ratio est quia nō celebrare cū aliqua censura Ecclesiastica est ius positiuum, cōseruatio famę est de ure idiuino, & pręualet ius diuinum, positiuo iuri, & ius naturale iuri diuino positiuo Inno. in cap. siquis numero primo, de reg. vide superius

cap-

capitulo.13. quæst. septima & decima.

Vigesimo quæritur, an ego possum petere confessionem in extrema necessitate à quocunque excómunicato, quocunque modo, etiam duobus illis casibus.

Dico primo quod aliqui apud Adrianum 4. 5. q. debaptis & Palud. d. 5. quæst. 2. quod non, quia in hoc casu est, ac si non haberet copiam confessarij, ratio est, quia non sunt facienda mala, &c. etiam si ille sic præcisus se vltro offerret, alij dicunt quod licet vt Caiet. lo. cit. Victo. Syluest. ver. baptismus 3. nu. 2. Scot. 4. sent. d. 5. q. 2. Sot. lo. cit. qui licet loquantur de baptismo, tamen par ratio est de sacramento pęnitentiæ, cum sit etiam necessarium existenti in peccato mortali, ac baptisma. Syl. ver. confessor 1. §. vlt. Angel. ver. confessio 3. num. 2. Couar. in c. Alma. mater. 1. p. §. 6. num. 8. iuxta medium; Angel. 45. tract. de confess. ar. penul. difficul. 9. conclus. 2.

Dico secundo quod licet, probatur primo auctoritate prædictorũ Doctorum, secundo ex ratione Scoti, quotiescunque concurrunt duo præcepta, vnum diuinum & alterum positiuum, diuinum pręualet, sic in hoc casu, diuinum enim iubet præcep

tum, vt quis in peccato mortali constitutus confiteatur peccata sua, sed quod sacerdos sit pręcisus aliquibus censuris, est ius positiuum, tertio si ibi adesset ecclesia vtique dispensaret, vt ille non moreretur absque sacramento pænitentiæ. quarto in cap. si quem forte 24. q. 1. vbi dicitur, quod in necessitate possumus etiam ab hæretico pænitentiam accipere, similiter, & D. Aug. lib. de vn. bapt. cap. 2. & diximus superius cap. 15. q. 12.

Vigesimo primo quæritur, an iste sacerdos, sic præcisus, etiam duobus illis casibus sic ministrans hoc sacramentum in dicto casu necessitatis peccet mortaliter?

Respondetur primo ita videri, quia bulla Mar. 5. non relaxat illum, secundo dico, quod non peccat in tali casu etiam si millies esset excõmunicatus, quia aliter sequeretur perplexitas, quia licet ille constitutus in tali periculo posset confiteri, tamen iste innodatus aliqua censura, non posset audire confessionem, cum relatiuorum eadem sit disciplina, pręterea si ibi adesset ecclesia, vtique non esset tam crudelis, cum damnum resultaret in personã

pæ-

pænitentis, non in personam sacerdotis præcisi, nec valet dicere, quod pęnitenti sufficit contritio , quia esset periculum pænitenti ponere se in dicto discrimine, & ista opini esto etiam Soti. lo. cit.

Vigesimo secundo quæritur, vtrum isti sic confitentes dictis sacerdotibus præcisis, vel existentibus in peccato mortali in articulo necessitatis; vel extra; si postea conualuerint, vel adueniente cõmoditate alterius confessarij teneantur reiterare confessionem?

Respondetur primo quod confessi in articulo mortis; non tenentur reiterare cõfessionem, sed solum obtinere absolutionem à censuris ecclesiasticis, si quas habuerint, prout dictum est supra capitulo 15. q. 16.

Dico secundo quo si extra casum necessitatis, & ille esset eorum parochus, & non essent in duobus casibus bullę Mar. 5. quod nec tenerentur reiterare confessionem, prout patet isto cap. q. 12. & 16.

Dico tertio si esset excõmunicatus etiã notorius, sed nõ duobus illis casibus, etiã si scio quod stat in peccato mortali, tamen stat paratus in ecclesia audiendo confessio-

ſionem quorumcunque, ſi quis confitetur illi non tenetur reiterare confeſſionẽ prout patet hoc cap.q. 10. & 14.

Dico quarto ſi vero ego inducerem illum ſic excõmunicatum, vel exiſtentem in peccato mortali, & non eſſet meus parochus, nec ego eſſem in extrema neceſſitate, nec ille ſtaret paratus in eccleſia, prout ſupra q. 10. quod tunc tenerem reiterare cõfeſſionem, quia cooperor peccato illius, & ſic committerem peccatũ graue propter quod confeſsio non eſſet intrega, vide Syluef. ver. confeſſor. 1. §. vlt. in fi. D. Anto. 3 p. tit. 14. capitulo decimoquinto §. deſuſup. ordi.

Vigeſimo tertio quæritur, quando miniſter dicatur proprie ſtare in peccato mortali?

Reſpõdetur primo quoties ipſe vel certo ſcit, vel dubitat ſe habere peccatũ mortale, prout ſupra cap. 8. q. 1. & q. 6. & de illo non habet contritionem, vel ſi conatur eam habere, tamen illam reuera non habet, prout ſuperius cap. 1. quæſt. 1. & 2. & c. 6. q. 2. & 3. puta concubinarius, vſurarius, inimicus, vel quid huiuſmodi.

Dico ſecundo ſi quis certo ſcit ſe habere

re

re peccatum mortale vel de eo dubitare, tamen habet de illo contritionem, non dicitur ſtare in peccato mortali, ſed dicitur contritus, prout ſuperius cap. 5. & 7. quaſi per totum, & hoc quando dolet prout ſuperius cap. 5. dicendo hæc, vel ſimilia verba, in ore, vel in corde, doleo me peccaſſe, & ſi non habeo illum magnum dolorem, quem deberem habere, propter offenſam Dei, doleo, me non poſſe illum habere, & propono me in poſterum non amplius offendere Deum, auferrẽdo propinquas occaſiones, prout ſupra c. 1. q. 2. & inferius c. 25 q. 3.

Vigeſimo quarto quęritur vtrum ſacerdoti exiſtenti in peccato mortali ſit ſemper neceſſaria contritio, tam in adminiſtrãdis, quam in recipiendis ſacramẽtis, an ſufficiat ei attritio?

Reſpõdetur primo quod in adminiſtrãdis, puta baptizando, chreſimando, abſoluendo, vngendo, promouendo, ſeu ordinãdo, & præbendo euchariſtiæ ſacramentum. ſolum eſt ei neceſſaria ſaltem cõtritio, prout ſupra q. 6. & cap. 10. q. 3. & 32. in recipiẽdo vero puta baptizandus, confirmandus, abſoluendus, vngendus, promouendus cõmuni-

municaturus matrimonium contracturus, est ei necessaria saltem attritio, prout dictũ est supra c.6. q. 4.

Dico secundo quando administraret, & reciperet, puta in sacrificio missæ vbi sacerdos, & se, & alios communicat, tunc est necessaria attritio, quando se cõmunicat, contritio vero quando alios, prout dictum est supra q.4. ad 6.

Dico sexto si solum celebrando se communicaret tunc, ei est necessaria, saltẽ atritio, prout supra c.6.q.4. vbi conclusum est, omnia sacramenta facere hominem de attrito contritum.

Dico quarto hoc intelligitur quãdo nõ haberet copiam confessarij, & hoc tam in sacerdotibus, celebrantibus, & cõmunicã tibus, quam in laicis solum communicantibus Conc. Tridentinũ sess. 13. can. vlt. & c. vlt.

Vigesimo quinto quæritur, vtrum sacer doti, celebrando existenti in peccato mor tali, non habenti copiam cõfessarij sui, cui consueuerat confiteri ordinarie, sed habet cõmoditatem aliorum confessariorũ, quibus posset confiteri, tamen si alteri illorũ confiteretur peccata sua, timeret incidere

in

in aliquam infamiã ſuam, vel alterius, an ſufficeret tunc contritio, vel ſaltem attritio, cum qua celebrando efficeret contritus, prout ſupra, an ſit neceſſe omnino confiteri peccata ſua cuicunque confeſſario, antequam celebret?

Reſpondetur primo ſi facit hoc ad euitã dum periculum, vel infamiam ſui, tã alterius ſpiritualem, quam corpuralem, quod tunc relicto iſto peccato, & eius circumſtãtia poſſet celebrare, prout ſupra c. 13. q. 7. & 10. Dico ſecundo ſi hoc faceret ex hypochriſi, vt teneretur uir bonus, cum non ſit, ita, quod tunc nõ liceret, ſed teneretur omnino confiteri, prout ſupra. c. 13. q. 13.

De ſigillo confeſsionis. Cap. XX.

PRimo non aliter de ſigillo confeſſionis nobis agendũ eſt, ac de alijs prædictis dictum fuit, & primo quæritur quotuplex eſt ſigillum?

Reſpondetur quod multiplex, & primo pro nunc ſumitur, pro clauſura cuiuſcunque rei, vt habetur Apoc. c. 5. ſecundo pro authenticatione alicuius ſcripturæ gloſa in cap. ſuper his de fide inſtrumentorum

&

& in c.nullus,98.d.& in c. si quis 1.q.1,& in c.post cessionem de probat,& in extrauag. execrabilis in ver. publico de preb, tertio pro obligatione, vel debito celandi, seu occultãdi aliquod secretũ, quod lege naturali, quis seruare tenetur, vt aduocati, procuratores, medicini,& consiliarij Nauar.cap. 18, num. 51. Tobia cap. 12. officiales magistratus, & ministri sacræ inquisitionis, vsque ad animam,& sanguinem, Syman. de cathol.instit.tit.41.num. 31. & 32. vltimo sumitur pro obligatione celandi ea omnia peccata, quæ confessarius audit in confessione, vt patet in c.omnis vtr, sex.§.caueat de pænit.& remis.cum vulgatis.

Secundo quæritur, quid est sigillum prout facit ad nostrum propositum,& an sit de essentia confessionis?

Respondetur primo relictis alijs descriptionibus, quod est debitum celandi sacramentalem confessionem.D.Tho.4.5,d. 21.Syluest.ver.confessio 3.initio, secundo dico non esse de essentia confessionis, ratio patet superius cap. 14. vide Sot. 4. 5, dist.18.q.4.ar.5.Io.de Bassolis. d, 21. q.2, ar.2.& 3, licet Angel.ver confessio vlt.nu. 1, dicat oppositum.

Ter-

Tertio quęritur, quare fuit inuentum hoc ſigillum?

Reſpondetur quod a lege diuina naturali, & poſitiua fuit inuentum, ita iubente Chriſto Saluatore noſtro, ne reuelentur, ea quę in foro confeſsionis propalantur, cum ſint reſeruata foro ſuo, & hoc ratione charitatis, fidelitatis, & vtilitatis, primo quia præceptum de dilectione proximi includit, quod ſicut tu nolles publicari ſecreta tua, ita nec tu aliena, ſecũdo quia amoto ſecreto fidelitatis deſtrueretur, tertio pænitentes alias retraherentur à publicandis ſuis ſceleribus confeſſario, prout accidit Conſtantinopoli in hiſtor. trip. lib. 9. c. 35. vide Sylueſ. lo. citato & ideo ponuntur grauiſsimæ pænæ contra confeſſarios reuelantes directe, vel indirecte peccata pænitentię, prout inferius q. 6 & 7. prouerb. cap. 11. Matte. cap. 7. & cap. qui ambulat 5. q. 5.

Quarto quæritur, qui teneantur adhoc ſigillum?

Reſpondetur primo ſacerdos confeſſarius; ſecundo is cui ſacerdos reuelauit cõfeſsionem, vel peccatum aliquod auditũ in confeſsione, ſiue illicite, ſiue de licẽtia

pæni-

pænitentis. tertio qui audit peccatum in confessione, vel malitia, vel casu, puta Petrus confitetur peccata sua confessario, Anto. vel trãseũdo, vel orãdo, vel dolo, audit peccatũ aliquod, vel maritus, vel quispiam ob zelotipiam mulieris, quarto qui audit peccatũ, vel confessiones alicuius in casu necessitatis, siue sacerdos, siue laicus etiam fæminę. quinto interpres, sexto is cui confessarius communicauerit aliquem casum pænitentis, siue sit persona ecclesiastica, siue laicalis, septimo prælatus absoluens pænitentem à casu reseruato. octauo generaliter omnes qui audiunt peccata pænitentis, siue casu, siue data opera, siue licite, siue illicite Sot. lo. cit. ar. 5. Syluest. §. 1. Nauarr. c. 8. per totum.

Quinto quæritur, an omnes isti, hic enumerati incurrãt pænas à sac. cã. inflictas, si reuelarent peccatum aliquod, prout supra?

Respondetur primo quod non, sed solum sacerdos confessarius reuelans peccata; seù peccatum, quod audiuit in confessione sibi à pænitente facta, & prælatus audiens solum peccatum reseruatum.

Dico secundo nec ipse sacerdos confes

sarius,

ſarius,ſi reuelaret peccata,vel ſecreta ſibi, ab aliquo cõmunicata, ſed non in ſacramentali confeſsione,licet ſibi diceret,ego tibi dico hoc in confeſsione,etiam ſi diceret confiteor Deo,& tibi,etiam ſi genufleċteret,etiam ſi cum ſigno crucis,iſta eſt cõmunis Syluef. Nauarr. & alij quia pænæ ſunt reſtringendæ vt patet vulgatis, ratio eſt quia iſta non eſt confeſsio ſacramentalis.

Dico tertio nec quando aliquis confiteretur ſacerdoti aliquod peccatum à ſe patrandum, non tamen animo confitendi, vel conſulendi,ſed inducendi ipſum ſacerdorem ad complicitatem,vel ab eo petendo conſilium ſuper malo patrando Doct. loco citato Immo tunc ipſe ſacerdos deberet reuelare tale facinus ſi vergeret in damnum publicum meliori modo, quo poteſt,ſine ſcandalo, vt conſulat ſaluti proximi, cui imminet tale periculum, pro ut D. Tho.2.2.q.33.ar.7.in corp. & patebit inferius q.9. Sot. lo.cit.ar.5.& tract.de rat.teg. & deteg.ſecr.mem.3.q.4.dub.3.concl. 4.& maxime quando eſſet ſuſpitio aliqua hæreſeos Syma.de catth.inſtit.tit.42. nu. 15. Nauar. in cap.1.§.diligens num.39.d.p.d.

6.et in c. penul.§.ſacerdos n. 165.dicit pæ nas canonum ſolum infligere ſacerdo tem non alios.

Sexto quæritur, quot ſunt pænæ ſacerdotis reuelantis peccata audita ab ipſo in confeſsione?

Reſpondetur quod videndum eſt primo in c. ſacerdos depænit d.6.& ſecundo in d.c.om.vtr. ſex. vbi. interpretes,&præcipue criminaliſtę canonici per detruſionem in perpetuum monaſterium vſurpant pænam ad triremes,quod breuitatis cauſa hic omittimus probandum , vide oraz in pract,crim·can.c.

Septimo quæritur,qua pæna puniri debent alij reuelantes peccata audita in cōfeſsione,qui nō ſunt ſacerdotes,vel ſi ſunt tamen non audierunt iſta in confeſsione ſibi facta?

Reſpondetur ex Hoſt, d. c. omnis quod pæna arbitraria , & non vt fractores ſigilli confeſsionis,ſed vt reuelatores ſigilli ſecreti Syluеſ.lo.cit.§.8.Aug.ver.confeſsio 8.num.20.Aſten.lib.5.tit.20.Sot.loco cit. & Nauar. idem ſi ſacerdos reuelaret aliqua quæ ſcit alias quam per confeſsionē, puta,quia peccata publica , vel conſultatio-

tiones sibi factas, vel quærimonias, ita, & laici, & alij, quod accidit in facto, nam cũ quidam sacerdos confessarius interogaretur ab archipręsbytero cuiusdam terræ, quare talis hactenus non est confessus, respondit, quia dixit mihi tali die, ego cras veniã ad confitendũ peccata mea tibi, sed habeo quendã casum reseruatũ superiori procura interim auctoritatem, hic nõ fuit punitus, vt fractor sigilli, sed vt reuelator secreti quia non reuelauit quod audierat extra confesſionem, & sic comittitur peccatum mortale solum in foro exteriori, reuelando, seu frangendo sigillum secreti, nisi in quibusdam casibus, Nauar. cap. 8. num. 2. & dicam inferius cap. 22. q. 7. 8. 20. 22, 23. & Syma. loco cit. 41. & quamuis Nauar. in cap. 1. num, 77. d. p. dist. 6. dicat laicum, audientem aliquando confesſionẽ, teneri non solum sigillo secreti, sed etiam sigillo confesſionis item non tenetur pænis, quibus teneretur sacerdos ratio est quia laicus non est capax illarum pænarum Paludan in 4. 5. d. 21.

Octauo an aliquibus casibus liceat confessario reuelare peccatum, seu peccata audita in confesſione sibi facta?

Respondetur, posse primo de licentia pœnitentis, quod tamen fieri debet ex iusta, & rationabili causa, vt fiat personæ, quæ potest prodesse, non obesse, nec quando immineret aliquod scandalum etiam de licentia pœnitentis Victo.q.187.Syluest.lo. cit.§.2.quo fit confessarium non debere vti hac pœnitentis licentia indifferenter, sed cum grano salis, secundo potest reuelari confessio pro consultatione alicuius casus, quando confessarius indigeret consilio sapientis, vel superioris, tamen cum circumspectione, ne consulans, vel superior possit aliquo modo deuenire ad cognitionem pœnittentis c.officij de pœnit,& remiss. tertio quando sacerdos sciret peccatum quod audiuit in confessione extra illam, nisi adsit scandalum quarto quando peccatum esset patrandum, prout dixi superius q.5.sed non quando quis confiteretur peccatum faciendum, & pænitens haberet animum confitendi sacramētaliter, liceat habeat animum patrandi tale peccatum, & nollet ab eo retrahi, quia modo cadit sub sigillo, etiam si non sequatur absolutio Sot.loco cit.ad 2.argum.licet Syl. loco cit.§ 5,ver.4.dicat oppositum, & di-

cam

cam inferius capitulo 22. quæst. octaua.

Nono quæritur, an liceat reuelare confessionem, vel peccatum aliquod confessionis aliquibus vrgentibus causis?

Respondetur minime etiam si immineret ruinam totius christianitatis, quia est de triplici iure, prout dictum est superius q.3. ista est cõmunis D.tho.2.2.q.33.ar.7. in corp.& q.68.ar.1.ad.3.Cai.2. tho. opus q.15. secus vero quando esset solum secretum comunicatum alicui extra confessionem, & immineret periculum reipublicę, ciuitatis, religionis, vel personæ particularis, ita. D.tho.lo.cit.& est cõmunis Sym.de cath.instit. tit. 42. & alias vide inferius c. 22. quæ 7. & 8. vide Nauar.in cap. penult. §.sacerdos num 14.d.p.dist.6. vbi dicit hęresim paratam, vel patrandam etiam cædere sub sigillo confessionis.

Decimo quæ sunt ea quæ cadunt sub hoc sigillo confessonis?

Respondetur, omnia, & singula quę ibi recitantur sacramentaliter, siue peccata mortalia, siue venialia, etiam non peccata vt consultationes, & omnia illa per quæ posset deueniri ad cognitionem pęnitentis, etiam delita, deposita, credita in qui-

bus est commissum aliquod peccatum, vel requiritur aliqua consultatio confessarij vel mixta sunt intra confessionē explicando peccata Sot. lo. cit. conclus. 3. & de rat. teg. & deteg. Secr. mem. 3. q. 4. conclus. 3. Nauar. loc. cit. nu. 3. licet Syluest. loc. cit. §. 7. dicat oppositum, qui tamen in ver. confessor. 1. §. 20. dicit sub hoc sigillo includi etiam, non pertinentia ad confessionem, quando per ea peccator, seu peccatum posset deprehendi, vide Nauar. loc. cit. per extensum num. 164.

Vndecimo quæritur, an liceat reuelare peccatum aliquod auditum in confessione, etiam si iuberetur à Papa sub pænis grauissimis, etiam excommunicationis, etiam à tyranno sub pœna mortis? respondetur negatiue, & est communis ratio, quia confessarius quando auscultat peccata audit vt Deus, quando ei præcipitur vt reuelet se habet vt homo, immo potest Iurare se nihil scire de illis, de quibus interrogatur, quia vere Iurat se nescire vt homo, Syluest. loc. cit. §. 5. ver. 4. Nau. vbi supra in vlt. Nauar. loc. cit. num. 130. & glos. in dicto §. Sacerdos.

Duodecimo quæritur, vtrum confessarius,

rius, vel prçlatus teneatur ad hoc sigillũ, etiam non secuta absolutione, vt quia pænitens, non vult restituere, vel resipiscere, vel abstinere à peccato, vel haberet aliquem casum reseruatum, vel censuram ecclesiasticam, etiam in casibus in quibus pænitenti de iure debet denegari beneficium absolutionis? respondetur quod sic, & si reuelaret possit puniri, vt fractor sigilli Doct. loc. cit. ratio est quia confessio est Sacramentalis, licet informis c. quod quidam de pænit. & remiss. Nauar. loc. citato num. 12.

Decimotertio quçritur, quanto tempore duret huiusmodi sigilli occultatio? respondetur? etiam post mortem pænitentis, prout simile de detractione dicitur, quod qui detrahit personæ mortuæ, etiam peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem famæ, ratio est quia præceptum de seruando hoc sigillo, & fama proximi est negatiuum, & obligat quoad semper, & pro semper, Nàu. loc. cit. num. 7. notab. 6.

Decimoquarto quæritur de multis breuitatis, & compendii causa, pro practica in quibus posset dubitari, quomodo se debeat portare confessarius, & primo quando

do parochus posset negare sacramentum aliquibus peccatoribus publicis, vel secretis, quod ipse audiuit in confessione nã Nauar. loc. cit. num. 84. dicit non posse negare sacramentum Eucharistiæ in Paschate illi qui publicè eam petit, qui solum occultis tenetur peccatis num. 101. dicit posse admitti ad communionẽ secretè publicus vsurarius, & publica meretrix post secretam pænitẽtiam ante vitæ publicam emendationem Pal. 4. d. 9. q. 4. secundo quando scit aliquod impedimentum matrimonij contrahendi, vel contracti in confessione, tertio quando interrogaretur an absoluerit talem, vel talem pænitentem & quare absoluerit, vel non quarto quando confessarius vocaretur in testem, vt testificetur in iudicio, vel extra de eis, quæ audiuit in confessione, vel extra quinto, quando diceret Sacerdos se auscultasse confessiones in tali ciuitate, vel terra, vbi confitebantur pænitentes talia, vel talia peccata & Nau. in c. 1. §. diligens n. 14. de pæn. d. 6. Sexto quomodo non debet statim ac surgit à confessionario adire Superiorem, vel doctiorem, vt eum consulat de aliquo casu occurrente in confessione,

vel

vel pro casu reseruato;ob quē adesset periculum reuelandi, vel deducendi in cognitionem alicuius astantis ibi peccatum, septimo quomodo non debeat imponere pænitentias, seu satisfactiones, ob quas posset deueniri ad cognitionem alicuius peccati, & maxime in mulieribus. octauo cui incumbat onus probandi si pænitens quærelaret confessarium prætendens suā reuelasse confessionem. nono quomodo non debeat imponere pænitentias publicas ob quas directe, vel indirecte aliquo modo reuelaretur peccatum confessum, & alia quam plurima, quæ breuitatis causa hic omittuntur, quia intentio nostra est solum magis practicabilia attingere, interim videndi sunt doct. cit. & Histor. trip. loc. cit. decimo malefaceret confessarius cui pænitens dixerit, ne dicas alicui me tibi confessum esse peccata mea & postea ille alicui hoc dixerit, quia tenetur sigillo secreti Nau. loco cit. vndecimo quid si sacerdos diceret, ego hoc audiui, sciui, & noui per confessiones loquēdo generaliter. D. Anton. 3. p. tit. 17. c. 22. §. 3. dicit quod debet cauere ab huiusmodi locutione: Nau. vero loco cit. num. 77. dicit posse

hoc

hoc cum grano ſalis.

Decimo quinto quæritur, an Sacerdos reuelans peccata, quæ audiuit in confeſsione, non ſecuta abſolutione, vel in cõfeſsione nõ ſacramentali, Reſp. quod pęna arbitraria non pœna canonis, quia Nauar. loco cit. num. 123. æquiparat hanc confeſsionem, confeſsioni factæ laico, qui ſolũ tenetur ſigillo ſecreti, pro vt patet ſu praq. 5. quia cõfeſsio facta laico, non eſt vera confeſsio neque Sacramentalis, & pœnæ ſunt reſtringendæ cap. odia de reg. iur. l. 6.

Decimoſexto quæritur, (quia dictum eſt conſſeſſarium non poſſe reuelare cõfeſsionem quacunque ex cauſa.) An idem ſic de pænitente ideſt, an pænitens poſsit reuelare ea, quæ confeſſarius ei dixerit, communicauerit, ſeu impoſuerit. R. quod non quando ſequeretur aliqua nota infamiæ, vel ſcandali. Nauar. in dic §. diligens. nu. 115. d. p. d. 6.

De iteratione confeſsionis. Cap. XXI.

PRimo quæritur quot modis eſt reiteranda confeſſio? reſpondetur quod ſex modis,

modis, tribus ex parte confessarij, & totidem ex parte pænitentis, ex parte illius primo, si non habet auctoritatem, secundo si est præcisus modo explicato, tertio si est ignarus ex parte istius, primo si est excommunicatus, vel innodatus aliqua censura ecclesiastica, secundo si non habet contritionem suorum peccatorum. Tertio si reliquit peccatum aliquod, vel eius circumstantiam data opera, & primo si confessarius non haberet vnam, ex duabus auctoritatibus ordinariam, vel delegatam Cōc. Trid. sess. 14. c. 7. & sess. 23. c. 15. & Sot. loc. cit. dist. 18. q. 3. ar. 3. similiter ex defectu ordinis, vt si est Subdiaconus, vel diaconus, clericus, vel laicus.

Secundo quæritur, si quis confiteretur alicui Sacerdoti, qui per publicam vocē, & famam tenebatur pro confessario, & concurrit communis error, quia multi confluebant ad eum pro suis confessionibus faciendis, & tali munere fungebatur, & pro tali se gerebat, an valet ista confessio?

Respondetur primo quod durante hac ignorantia pænitentis, qui sic illi confessus est excusatur, cum sit in bona fide, &

quo

quo ad Deum est absolutus, prout Inferius c.24. q. 16.

Dico secundo adueniente notitia tenetur reiterare confessionem, ratio est quia deficit potestas, Host. in sum. tit. de sup. negli. præla. §. vlt. num.7.

Dico tertio si vero non solum concurreret fama, & communis error, sed etiam concurreret titulum beneficii saltem colo ratus, quod tunc non esset reiteranda con fessio, etiam habita notitia, & scientia de hoc, verbi causa, si quis haberet titulum beneficij parochialis, tamen collatio non tenebat propter aliquem defectum Iuris, vel facti, & se gerebat pro confessario & concurrebat communis error, tunc valerent confessiones, ratio est quia concurrũt tria, nempe, primo titulus beneficij coloratus, secundo communis error, tertio fama & ita intelligitur lex Barbarius ff. de offi. præs. Aug. lib. 1. c. 15. de lib. arb. Plutar. in vita Catonis Vticensis, Sym. de cath. instit. tit. 45. num. 16. Caiet. ver. confessionis iteranda ex parte confessarij §. memento, & in ver. absolutio 3. initio. Flor. lo. cit. tract. de minis. conclus. vlt. cætera de potestate ministri habes superius c. 16. per totum.

totum, Nauar.in c. placuit in gl. nu. 150. & infra de pen. dis. 6.

Tertio quæritur, quomodo reiteranda confessio quando fit confessario præciso, puta excommunicato, suspẽso, interdicto, deposito, degradato, irregulari, apostate, & cæt.

Respondetur primo quod valet confessio facta omnibus istis quando non essemus in duobus casibus bullæ Mar. 5. & Concil. Constant. nempe, si non fuerint præcisi ob publicam clerici percussionem, vel denunciati per cedulones, prout dictum est superius c. 19. q. 14. & 16.

Dico secundo quod quando concurrerent duo ista nempe communis error, & titulus coloratus, quod non esset reiteranda confessio, ratio est quia ibi habetur de quocunque præciso absque distinctione.

Dico tertio quod quando quis scienter absque necessitate talibus confiteretur, committeret peccatum mortale in confessione, quia induceret talem confessarium ad administrandum tale sacramentum in peccato mortali, & cum incursione irregularitatis, & non solum qui peccat, sed qui cooperatur peccato committit peccatum,

& tunc

& tunc esset reiteranda confessio, ratio est quia non est integra confessio, quia nõ est confessus illud peccatum, nempe de inductione talis Sacerdotis ad auscultandum suam confessionem cum censura ecclesiastica, Caiet. ver absolutio 3. circa vlt. quia dicta lex barbarius tunc habet locũ, quando ex parte penitentis concurrit ignorantia, quæ non præsupponitur hic.

Dico quarto quod etiam si sacerdos esset hereticus occultus, tamen, & pænitens hoc nesciret, & ille intendat facere quod facit Ecclesia Catholica Romana, & cõcurrerent illa duo nempe, communis error, & titulus coloratus, quod valeret confessio, & non esset reiteranda, secus vero si esset denunciatus Caiet. loc. cit. ver. absolutio 3. & ver. confessio 3. Flor. loc. cit. tract. de reiter. confess.

Dico quinto quod si quis induceret suũ curatum excommunicatum, non tamen illis duobus casibus bullæ, quod non tenetur reiterare confessionem quia vtitur Iure suo, prout dictum est Superius c. 19. q. 12. & q. 16.

Dico sexto secus vero de non curato licet sitaratus ad audiendas confessiones

Flor.

Flor. loco citato.

Dico ſeptimo quod in articulo mortis poteſt, prout dictum eſt ſupra c. 19. quaſi per totum.

Quarto quæritur, quomodo eſt reiteranda confeſſio ex parte ignorantiæ Sacerdotis?

Reſpondetur primo quando ignoraret formam abſolutionis, quia eſt quodam eſſentiale huius ſacramenti, qua deficiente totum corruit, & ſic intelligitur, quando dicitur debere reiterari confeſsionem ex defectu ſcientiæ, & ratio eſt, quia poteſtas de Iure potius in Iurisdictione, quàm in ſcientia fundatur, vnde ad extremum ſufficit quod confeſſarius ſciat formam abſolutionis, ita Sum. Piſ. & ſupplem. in ver. confeſsio 2. Flor. in 4. 5. tract. de confeſſ. art. 6.

Dico ſecundo quod quando confeſſarius dormiret, & non intelligeret peccata confitentis, tunc eſſet reiteranda ex defectu materiæ, nempe peccatorum non bene perceptorum, & hoc quando conſtaret pænitenti, ſecus vero non, Angel. ver. confeſſio 1. num. 22. dictum eſt ſuperius c. 14. q. 7.

Quinto quæritur, quomodo reiteranda

ex

ex parte pænitentis si est innodatus aliqua censura ecclesiastica?

Respondeurt primo si pænitens ignorabat se esse excommunicatum, & cum hac ignorantia absoluatur à peccatis tunc tenet absolutio, licet postea recordetur excommunicationis, nam tunc sufficeret petere absolutionem à dicta censura.

Dico secundo si sciebat se esse excommunicatum tamen nesciebat quod confiteri cum tali impedimento esset peccatum mortale, tunc etiam valet absolutio, vt supra dictum est, Dices excommunicatus est incapax sacramentorum?

Respondetur primo verum esse regulariter, tamen aliter est de facto, nam si de facto ei daretur absolutio tenet, nam multa prohibentur de Iure excommunicato, quę de facto ei collata tenent, vt si contraheret matrimonium accipit ordinem ecclesiasticum acceptat beneficium, & alia huiusmodi, prout dixi in praxi mea episcopali ver. excommunicatio circa vlt. dub. 8. Angel. ver. confessio 1. num. 20. & ver. absolutio 5. num. 10. Nau. c. 9. num. 3. ac in c. consideret §. cautus num. 30. d. p. d. 5. Caiet. in sum. ver. confessio 7. & ver. absolutio 3.

Dico

Dico tertio si sciebat se esse excommunicatum,& esse peccatum mortale confiteri,& absolui cum tali, nota tunc, non valet absolutio, non quia est excommunicatus, sed quia confessio nõ est integra non enim confessus est tale peccatum, & dato quod confiteretur, illud iterum esset peccatum mortale,confitendo,& accipiendo absolutionẽ in tali statu , & quia poneret obuicẽ gratiæ suscipiendæ Angel. loc. cit.Nau. ibi num.3.Caiet.& Flor. loc. cit.Nauar.in terminis in cap. fratres num.49. d. p.dis. 5. & citat Gerson. in.2.p. fol. 161.cap.quæritur col. 2.

Dico quarto si sciebat hæc omnia, tamẽ facto diligenti examine suæ conscientiæ inter confitendum peccata sua obliuiscitur excõmunicationis, & postea finita confessione, & habita absolutione recordatur illius,valet absolutio, & non est confessio reiteranda Doct. loc. cit. Caiet. ver. confessio 3.circa fin. Armil. ver. absolutio nu. 5. & ver. confessio num. 11.ratio est quia multa facta tenent, quæ fieri prohibentur, secundo quia licet absolutio data excommunicato Iure prohibeatur, & sit illicita, tamen nullo Iure cauetur,quod sit nulla si

de facto pœnitenti excommunicato impendatur l. non dubium Cod. de leg. Sym. de Cath. Instit. tit. 40. §. 22. & infra.

Sexto quæritur, quomodo reiteranda est confessio, ex parte non habitæ contritionis? respondetur prout dictum est supra c. 6. per totum, & c. 7. q. & 6. contritio dicit duo essentialia, primum dolorem de præterito, secundum propositum de futuro. Caiet. 2. tom. opus q. 1. & ver. confessio 2. Concil. Trid. sess. 14. c. 4. tunc dico quod si quis, confitetur, & actu cogitat, non cauere in futurum, confessio non est valida, sed reiteranda, & de hoc vide Superius c. 1. q. 1. & 2. c. 6. quasi per totum. Vide c. 7. q. 38. Superius, & Hosti. in sum. tit. de remiss. §. sed.

Septimo quæritur, quomodo est reiteranda confessio ex parte peccati mortalis omissi ex industria hypocrisi, verecundia vel alio, &c. & non ex causa rationabili, prout dictum est supra c. 13. q. 7. & infra? respondetur quod semper, quod pœnitens, omittit, peccatum mortale, vel eius circũstantiam mutantem speciem, prout supra tunc reiteranda est cõfessio, ratio est quia hoc repugnat integritati confessionis, Angel. ver. confessio 1. nu. 9. Syluest. eod. ver.

1. §.

1,§,3. Nau. loc. cit. & hoc poteſt eſſe tripliciter, vel ex verecundia, ſeu timore, vel ex obliuione quia non fecit diligens examen, vel non habet animum abſtinendi à mortalibus, illud nolle abſtinere à peccatis, & vnum peccatum omiſſum nempe obſtinationis, vel obdurationis, vel contemptus, Caiet. loc. cit. Sot. lo. cit. q. 3. ar. 3. vide ſupra c. 13. q. 32. & q. 13.

Octauo quæritur, an ſit reiteranda ex parte non adimpletę pænitentiæ, vel ſatisfactionis ſibi inuinctę à confeſſario?

Reſpondetur primò quod non Caiet. ver. confeſsio 2. Gabriel 45. d. 17. q. 1. Nau. loc. cit. num. 14. etiam ſi ante abſolutionē dicta ſatisfactio pænitenti data fuerit, & acceptata.

Dico ſecundo ſi fuit impoſita ante abſolutionem, & pænitens acceptaſſet, & ſtatim antequam accipiat beneficium abſolutionis proponat eam non adimplere, quod tunc eſſet reiteranda confeſsio, ratio eſt quia confeſsio non eſt integra, relinquitur enim in ea peccatum de non obſeruatione promiſsionis factæ confeſſario adimplendæ ſatisfactionis, ſeu pænitentiæ, vel ſatisfaciendi parti leſæ, vel non reſtituen-

di rei ablatæ, vel famæ c. peccatum. c. peccati venia de reg. Iur. lib. 6. præterea quia videtur adesse contemptus cum acceptet, & statim proponat non adimplere, quod acceptauit, Caie. vbi supra, & in ver. satisfactio 1. ver. caueat Aste. lib. 5. tit. 18. Nauar. in cap. fratres num. 5. ver. Quintus d. p. d. 5. Adr. 4. sent. q. 4. de confess. hoc tamē fallit, quando ipse pænitens diceret confessario, se nolle facere pænitentiam, seu satisfactionem in hoc mundo, sed in futuro seculo, puta in purgatorio prout Inferius c. 25. q. 9.

Dico tertio si quis per contemptum vel negligentiam non leuem, sed notabilem non adimplet pænitentiam sibi iniunctam, peccat mortaliter Caet. 1. 2. q. 77. art. 4. Nau. in c. qualitas num. 18. d. p. d. 5.

Dico quarto quod nec tenetur quis confiteri peccatum illud, ob quod fuit ei imposita pęnitentia, sed sufficit confiteri contemptum, & negligentiam illam. Caet. in sum. in verbo confessio iteranda. Ad. in 4. de confess. q. 6. Nau. loco cit. num. 22.

Nono, an sit reiteranda confessio quādo fieret informis? respondetur, quod hoc potest prouenire, ex triplici capite. 1. quando,

do quis non intendit suscipere sacramentum, sed solum recitare peccata, secundo quando in puncto absolutionis deficit fictio, tertio quando deficit dolor necessarius, vel propositum pro quo videndus est Syl. in ver. confessio 1.§.22.& Victo. q.157.

Decimo quæritur quando nos dicimus, reiterandam esse confessionem ob aliquod prædictorum, an sit necesse totam reiterare an solum defectum illũ, ob quem fuit nõ integra? Respond. quando alteri confiteretur, quod totam teneretur facere confessionem, patet vulgatis.

Dico secundo quando eidem confiteretur, cui cõfessus prius erat, quod tũc solum sufficeret cõfiteri omissa, vel defectum, vel pænitentiam impositam. Nauar in c. consideret, num.61. d.p.d.5.

Vndecimo an meretrices cõfitentes sua peccata, & non habent animum abstinendi, teneantur reiterare confesionem?

Respondetur primo quod sic, patet ex defectu contritionis prout supra q.6.

Dico secundo quod sunt audiendæ, sed non absoluendæ c. quod quidam de pænit. & remiss. glo. in cap. peccatum in ver. vel etiam in fine de reg. Iur. lib.6.

Dico tertio quod per istam confessionē satisfaciunt præcepto c.omn. Ver. sex. eod. tit. Victo.9.163.Sot.45.d.18.q.3.art.3.Flor. Theol.in 4.5.tract. de conf.fol.mihi 237.& dixi in praxi mea epist.in ver. lupanaria §. 1.& 3. & ratio est, quia per confessionem informem satisfit præcepto Ecclesiæ Nau. in c.3.num.45. d.p.d.6. ac §.diligens num. 14. Adria.in 4.& ad confess.dub.4.

De officio confessarij erga pænitentem in aliquibus casibus occurrentibus in practica frequentius. Cap. XXII.

PRimo quia confessarij dicuntur speculatores, pastores, aduocati, medici, magistri, consultores, Iudices, Patres, & doctores animarum, vigilanti studio debent laborare, vt saluti illarum consulant, ideo hic volui inserere aliquot casus frequentius contingentes, in hoc Iudicio, adhoc vt vel similibus valeant pro sui officij munere satisfacere Hosti. in Sum. tit. de pænit. & remiss. §. vlt.in fi. Matth.c.25. Ioa.c. 3. Luc. c. 12. 1.ad Thimot. cap. 3. Sym. de cath. Instit.tit.20.nu.7.& tit.28.n.11. & Innoc.

noc. in cap. omnis vtriusque sex. ver. 3. d. p. & num. 15.

Secundo quæritur si alter coniugũ confiteretur dicens, pater ego contraxi cum tali bona fide ignorans inter nos aliquod canonicum obsistere impedimentum, & postea consumato matrimonio illud sciui, ex quo matrimonium non valet, & consequenter ego sto in peccato mortali?

Respondetur quod si pœnitens scit esse certo impedimentum dicat confessarius vt separentur, etiam quoad habitationem, si non immineat scandalum.

Dico secundo si ex hac separatione verisimiliter scandalum oriretur, dicat vt fiat separatio saltem quo ad thorum, & interim mittatur Romam pro dispensatione, per viam pænitentiariæ, vt moris est.

Dico tertio si ex hoc etiam oriretur scãdalum, dicat quod is, qui est conscius impedimento, non petat, nec exigat debitum interim.

Dico quarto si pænitens scit impedimentum tamen ignorat esse peccatum taliter contrahere, tunc etiam confessarius indicet ei separationem, si non immineat scandalum pro vt supra si vero scandalum

immineret, quocunque modo fieret separatio, vt quia deueniret ad notitiam aliquorum, ob quæ esset periculum vitæ, vel infamiæ, quod tunc possent tolerari, vt simul habitent, modo abstineant interim si fieri potest.

Dico quinto si scienter contraxere cum impedimento, & peccato, tunc omnino fieri debet vna separatio, quia tūc sunt in casu Clem. 1. de consang. & affin. Con. Trid. sess. 24. c. 5. de rēfor. mat. glo. in c. cum ad monasterium de stat. monac. in vlt. Sot. d. 24. q. 1. ar. 2. & d. 41. q. 1. art. 3. & sunt excōmunicati Papali excommunicatione, & quia presupponitur casum esse occultum, & in foro interiori potest procurari dispensatio, prout supra etiam si scandalum orietur, quia non sunt facienda mala, vt veniant bona, & tunc valet regula potius scādalum oriri permittitur, quàm vt veritas relinquatur D. Aug. tract. 43. in Ioan. iuxta medium.

Dico sexto si casus esset indispensabilis, vt quia sunt in primo, tunc separentur omnino, & habeant patientiam.

Dico septimo si vero matrimonium esset contrahendum, & confessarius solum

scit

ſcit impedimentum,vt puta,quia quis vult nubere cum ſorore , vel conſanguinea , vel affine , quam neſcit ſibi eſſe talem, quod tunc ſi confeſſarus nihil putat pro futurum , ſed magis obfuturum , quod non poteſt probare per alias perſonas, non tenetur pænitentem de hoc certificare , ſed eum manere in ſua ſimplicitate, quia ſtante hac ignorantia probabili excuſatur à peccato , & cenſuris , ſecus vero ſi alias probare poſſet vide pro hoc caſu practicabili Sot. 4.5. d.18.q.2.ar.4.Nau. c. 22. num.83. Sylueſ. ver. confeſſio 3. §. 12 cap. quotiens,& c.licet de reſtit.& ibi glo.& dixi in praxi mea Epiſcopali in ver. matrimonium §.10. & Nauar. in c. ſi quis autem numer. 67. d. p. d. 7. dicit ſi quis bona fide proutlegitimum eſſe impedimẽtum in matrimonio, & in ſeparatione graue ſcandalum oriturum poſſe diſsimulari , vt ſic permaneant per tex.in cap. quia circa de conſanguin. & affin.

Tertio quæritur,quid agendũ eſt, quando inter confeſſarium,& pænitentem,eſſet aliqua differentia inter aliquod peccatũ?

Reſpondetur primo ſi opinio pænitentis,non eſt probabilis,& opinio confeſſarij

est probabilis, seu certa, quod non debet eum absoluere, puta si quis contraxerit cũ aliqua matrimoniũ secreto, & postea cum altera publice seruata forma sac. Con. Tri. & pænitens diceret quod matrimonium primum fuit validũ de Iure diuino, & ideo vult redire ad primam vxorem, & relinquere secundam, ista opinio est improbabilis licet alias de Iure antiquo c. tu a nobis de sponsal. Conc. Trid. loc. cit. c. 1. §. qui aliter, similiter de pluralitate beneficiorum c. de multa de præb. & extrauagans execrabilis eod. tit. vel de residentia beneficiorum, & sic de singulis.

Dico secundo si opinio pænitentis est probabilis, & confessarij probabilior, puta si confessarius esset scotista, & sequeretur opinionem Lirani, Angelicæ, & aliorum nempe Iudicem non debere condemnare aliquem, quem scit esse innocentem, licet in processu aliter reperiretur per informationem, & pænitens esset Thomista; & Iurista, qui habet regulam vniuersalem, debere nimirum Iudicem secundum allegata, & probata Iudicare, quod tunc confessarius deposita sua opinione, & conscientia, potest, & debet abbsoluere pænitentẽ

& eum relinquere in ſua opinione, ratiô eſt, quia in pari melior eſt conditio innocentis, Sot.loc.cit. q.2.ar. 5.col.penult. Flor. de confeſſ. ar. 4. in ſine.

Quarto quæritur, quid agendũ eſt quando pænitens eſſet hæreticus?

Reſpondetur primo quod ſi hæreſis eſſet occulta & ipſe vere vellet reſipiſcere videtur quod tunc poſſet Epiſcopus eum abſoluere, Sac. Con. Tri. ſeſſ. 24. c. 6. de refor. Flor. loc. cit. tract. de caſu reſer.

Dico ſecundo quod licet ita ſit de Iure ſacri Concilij, tamen hodie ſecus, nam nec Epiſcopi poſſunt abſoluere ab hæreſi occulta, vigore poteſtate decreti cõcilii, hoc enim reuocauit Pius v. & Greg. xiij. ita Nau. c. 27. num. 272. Sym. Couar. & alij, & declarat. ſac. congr. in manu ſcriptis meis nu. 486.

Dico tertio nec vigore dyplomatũ, vel Iubilei poſſunt confeſſarij ab hæreſi occulta abſoluere, quamuis in eis detur facultas abſoluendi ab omnibus caſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruaris, etiam in bulla cenæ Domini, ita Couar. in c. alma mater §. 11. num. 15. Sym. de cath. inſtit. tit. 3. nu. 2.

Dico quarto quod Sot. 45. d. 22. q. 2. art. 3. di-

3. dicit posse confessarios absoluere hæreticum occultum in foro interiori, vigore iubilei, & dyplomatum, vbi conceditur prout dictum est dicto 3. & non solum occultum hæreticum verum etiam delatum, damnatum, & diffamatum resipiscentem in eodem foro interiori, reseruata tamen auctoritate inquisitoribus procedendi in foro exteriori, & ad idem citatur Syl uest. verb. excommunicatio 7. casu 22. & idem audiui à quibusdã Prælatis fide dignis, practicaui à Reuerendis patribus Iesuitis, quod mihi videtur satis probabile, (nam nec Episcopis videtur ablata talis potestas per aliquam bullam Papalem, nisi per declarationem illustrissimorum Cardinalium, (tempore Iubilei non videtur ablata confessarijs talis auctoritas, vbi reperiuntur verba illa pugnantia (vt etiam in bulla cænæ Domini &c.)

Dico quinto ego crederem posse exceptis hæreticis declaratis, & denunciatis, prout posuit Sixtus V. in suo Iubileo de mense Decembris 1589. & Sanctissimus noster Clemens viij. in eodem mensæ Decembris anno 1594. & dixi Superius cap. 15. 9. 19. & in praxi mea Episcopali ver. abso-

absolutio §.5.licet etiam Cathed.neapolitana fol.193.dicat omne priuilegium concessum Episcopis per d. cap.liceat, & omnia priuilegia concessa religiosis esse reuocata per id quod concernit bullam cænæ Domini, & citat in suam sententiam Illustrissimum Cardinalem Franciscum Toletum,ratio sua posset esse, quia in fine bullæ cenæ domini, ponitur clausula illa generalis, videlicet,non obstantibus quibuscunque priuilegiis, &c. sed ad hoc respondetur quod per illa verba bullæ generalia non videtur derogatum dicto decreto sacri Concilij, quia decreto concilii non derogatur, nisi de eo fiat expressa mentio nec sufficit clausula derogatoria generalis, prout Ioan. de Selua tract. de beuef. 4. p. q. 7. n. 4. & dixi in praxi mea episcopali iu ver. derogatio,sed melius in ver. pensio.

Dico sexto cum casus talis accideret tempore Iubilei,confessarius debet consulere Episcopum, & ille consulere peritiores in hoc genere,si in hac materia non esset bene versatus, quia est morbus iste maxime contagiosus,Sym. loc.cit.& tit. 13.n. 22.& tit. 25.n.4.idem cēsendum est de aliis huius pessimæ farinæ, prout inferius q.7.

Quin-

Quinto quæritur an possit Vicarius generalis Episcopi supposito, quod in hoc habeat specialem auctoritatem ab ipso Episcopo, absoluere ab hæresi occulta, respondetur videri quod non, quia Con. lo.cit.in vlt. dicit eis tantum scilicet Episcopis, nõ eorum Vicarijs, quod non ita disposuit in absolutione casuum papalium, vel in dispensatione irregularitatis occultę, vbi ait per se ipsos, aut Vicarium, &c. & loquitur alternatiue.

Dico posse Vicarium generalem modo quo supra, quia Concilium quando hoc negat de Vicario, non loquitur de Vicario generali, sed de Vicarijs, qui in ecclesiis cathedralibus constituuntur, & vocantur pænitẽtiarii, ita Flor. loc.cit.ratio est quia Episcopus, & Vicarius faciunt vnum consistorium c. 2. de consuetud.lib. 6. & clem. 2. de offic. deleg. & ibi glo.in ver.foraneo.

Dico tertio quod tenendo opinionem, quam tetigimus sup.quæst.4.dicto secundo quod non posset Vicarius, cum non possit Episcopus.

Sexto quæritur, quid agendũ est, quando confessarius inueniret in confessione aliquem esse maleficum vel strigem, necro manti-

manticum, vel aliquem huius farinæ?

Respondetur primo si esset cum expressa dæmonum inuocatione, vel pacto, quia tũc maiori ex parte solet interuenire apostasia à fide, D. Tho. 2. 2. q. 95. ar. 4. in cor. direct. inquisit. 2. p. q. 43. Peng. Schol. 50. Syman. loc. cit. tit. 63. n. 11. Syluest. de strig. lib. 3. c. 1. puncto 3. Barth. spin. in Apolog. 4. de strig. tunc procedendum est prout dixi supra q. 3. quia pari passu ambulant, cum contineantur in prima clausula bullæ cęnæ domini, & includantur sub rubrica, & titulo de hæreticis. Castr. lib. 1. de Iust. hær. punit. c. 7. & lib. 1. contra heres. c. 9.

Dico secundo si non est cum expressa dæmonum inuocatione, nec cum pacto, quia communi consuetudine est casus episcopalis, tunc confessarius habens auctoritatem ab hoc absoluat imposita pænitentia salutari; si non habet eam procuret, vel agat prout dixi supra c. 13. q. 14.

Septimo quæritur, quid agere debeat confessarius, cum pęnitens dicat in sua confessione, se scire aliquem hæreticum, maleficum, negromanticum, strigem, vel quid simile? respondetur non debere eum absoluere, nisi prius ipse pænitens, vel con-

fessa-

fessarius de licentia pænitentis, vadat ad Episcopum ad denuntiandum talem ita D.Tho.22.q.68.ar.1. ad 3.& q.33. ar. 7. in corp.& ad 3.& q.70.ar.1.ad 2. Castro c.17. lib. 2. c. 25. ratio est, quia pænitens tunc temporis tenetur, vel denuntiare, vel dare hanc confessario licentiam, & si hoc non faceret, non potest absolui, quia tenetur, patet bulla Greg. xj. quæ incipit excommunicamus, & est tertia in suis fol. 70. & alia bulla Alex.iiij.relata ad direct.inquis. 2. p. fol. 144. col. 2. Syman. de Cathol.Instit.tit.3.num.1.& infra,& tit.4.per totum, & in tit. 19.num.10.& tit.13.nu.21.& citat D. Hier.& Aug.idem dicendum est de credentibus, defensoribus, & de receptatoribus hæreticorum Sym. loc.cit.tit.15.& tit. 20. per totum, hoc tamen fallit in filio, qui non tenetur denuntiare patrem occultum hæreticum, nisi in quibusdam casibus, Tostadus q.3.super cap.13.Deutero. Sym.tit. 29. num.37.& quid de filio, qui scit occulte patrem suum velle prodere patriam, vel interficere Principem, vel affectare tirannidem, idem loc.cit.nu.42.idem dicendum est de idolatris idem tit. 32. Vide Host. in sum.tit.de hæret.§.qualiter num. 3. & Na-

uar.

uar. in c. penult. §. Sacerdos num. 140. d. p. d. 6.

Octauo quæritur, quid faciat confessarius, cum audita tota pænitentis confessione, reperit in vltimo eum hæreticum esse, strigem, vel necromanticum, vel quid simile, & licet laboret reuocari illum ab isto pessimo errore, tamen ille, non vult resipiscere.

Dico primo quod eum non debet, nec potest absoluere, patet ex dictis Sym. loc. cit. tit. 42. num. 14. & 15.

Dico secundo nec potest eum manifestare prout dictum est supra.

Dico tertio sed potest in generali, & in vniuersali dicere Episcopo vigila super gregem tuum, quia fortassis adsunt lupi rapaces, non parcentes gregi, vel in generali, & vniuersaliter, quia adsunt hæretici, malefici, eo vel maxime, quia nullus est morbus adeo contagiosus, quam iste Hosti. loc. cit. §. in quo tenetur num. 53. circa vlt. Sym. loc. cit. tit. 30. per totum, & tit. 42. num. 14. & 15. ita Angel. ver. confessio vlt. num. 11. Syluest. ver. confessio 3. §. 4. Caiet. 2. to. opus q. 15. Flor. tract. de sig. diffic. 1.

V con-

conclus, 1. & 2. Asten. lib. 5. tit. 20. q. 2. tamen hoc fieri debet absque periculo fractionis sigilli, ne deueniatur ad cognitionem pænitentis ob dictam confessionem, & Nau. loc. cita. nu. 120.

Quinto quæritur, quid faciat confessarius quando scit pænitentem habere aliquod peccatum mortale, & de illo non cõfiteretur.

Respõdetur primo quod debet eum interrogare in genere, si fecerit tale, vel tale peccatum circumscribendo, puta si est homicidium, dicat, si numquam habuerit inimicitias cum aliquo, vel aliquam controuersiam, & dicat quod si quis confiteatur, & relinquat aliquod peccatum, confessionem illi nihil prodesse, immo committeret sacrilegium, & nouum peccatum.

Dico secundo, si vero his adhibitis, non confiteretur, quod potest eum absoluere, ratio est quia confessarius, in hoc sacramento, cum gerat personam Iudicis, non potest nisi secundum allegata, & probata Iudicare & valet argumentum à foro exteriori, ad interius aliquando, nam interdũ fori misceatur, & quia forum pænitentiale habet

habet quodam symbolum cum foro Iudidiciali, sicut enim illud constat, ex reo, Iudice, & actore, sic in isto concurrit pænitens, & confessarius Syluest. ver. confessio 3. initio glo. in c. forus, in ver. Iudicium de verb. signif. Sym. de cath. Instit. tit. 9. num. 208. Si dices confessarius, quomodo potest hoc facere contra dictamen suæ conscientiæ, dico quod in casu potest, & debet deponere conscientiam suam, pro vt inferius c. 26. q. 5. & 6. ratio est, quia quãdo scit peccatum, scit illud, vt persona priuata, quando vero absoluit, absoluit vt persona publica, & potest esse etiam quod pænitens aliqua ratione compulsus taceat illud peccatum, prout dixi supra c. 13. q. 7. & 10. & hoc cap. q. 2. & hic casus tangitur ab Angel. vers. confessio vlt. num. 9.

Decimo quæritur, si confessarius inueniat pænitentem obnoxium restitutioni, quid agendum est ei?

Respondetur primo si reperit pænitentem in aliis confessionibus sibi, vel alij factis promisisse restituere, & hoc nõ fecerit, cum potuerit, non debet eum absoluere, similiter, & de detractione, Caiet. in sum. ver. restitutio c. 6. vers. & ne præceptũ hoc

Nau. c. 17. num. 57. D. Anto. 2. p. tit. 2. c. 8. idem dicendum est de nolentibus soluere decimas, ad quas certo tenentur, & possunt absoluere, idem in absoluendis censuris ecclesiasticis, vbi adest læsio partis c. ex parte de verb. signif. remedium autem quo vti potest, vel debet confessarius, in hoc si pænitens, non habeat præ manibus pecuniam ad restituendum in facienda aliqua scriptura obligatoria de restituendo, vel de dando pignore, vide in praxi mea episcopali ve. absolutio §. 9. vide optime Hos. in sum. tit. de pænit. & remiss. §. vltimo nu. 62. iuxta medium, & catechef. Neap. fo. 57. num. 22.

Vndecimo quæritur, quid agendum est confessario, quando in confessione reperesrit, pęnitentem aliqua iniuria affectum nolle dimittere odium, vel reconciliari fratri suo?

Respondetur primo ex actione iniuriarum oriri tria, primum odium, seu rancorem in corde, secundum subtractio actionum exteriorum, nempe salutationũ, eleemosinarum, tertium actionem in foro Iudiciali.

Dico secundo ex his tribus bene faceceret,

ceret, pænitens remittendo primum.

Dico tertio si tamen remittat primum, ad quod de præcepto tenetur, Matth. c. nisi remiseritis fratribus vestris de cordibus vestris, & ibi D. Hier. satis erit, ad secundum non tenetur nisi in vniuersali, & in communi, ad tertium nullo modo tenetur c. si quis contristatus, & ibi glo. 90. d. D. Tho. 22. q. 25. ar. 8. & 9. Syluest. in ver. charitas §. 6. Asten. lib. 2. tit. 62. ar. 3. q. 3.

Dico quarto quod si confessarius vbi persuaserit pænitentem, vt omnia tria dicta remittat, si noluerit dimittere, nisi primum realiter, & cum effectu potest, & debet eum absoluere Ang. ver. iniuria §. 6. Caiet. in sum. ver. odium, & ita practicatur hodie communiter, & adest declaratio Illustrissimorum Cardinalium, in manu scriptis meis, num. 301. vide in praxi mea Episcopali in ver. charitas.

Duodecimo quæritur quid agendum est confessario, quando inuenerit pœnitentē, vel sacerdotē nocte pręcedenti deturpatum nocturna pollutione, & ille vellet mane communicare, vel celebrare?

Respondetur primo nocturnam pollutionem posse oriri ex septem causis, prima

voluntarie quod dicitur peccatum mollitiei, secunda in somno ex verbis lasciuis siue cogitationibus carnalibus præcedentibus, siue colloquiis habitis, vespere, vel die ante, tertia ex redundantia cibi, & potus, quę sit peccatum mortale, quarta ex superfluitate naturæ, quæ cum non deficiat in necessariis, neque abundat in superfluis solet expellere foras superfluitates, quinta ex debilitate naturæ, vel lassitudine, ob dissolutionem membrorum, & resolutionem humorum, vt solet accidere diebus Ieiuniorum, vel post laborem, vel iter; sexta ex motu prout accidit in illis, qui vt vulgariter loquar corrono la posta, septima ex sugestione diabolica.

Dico secundo tribus prioribus casibus impedit communionem, nisi præuia pænitentia, reliquis vero causis, non impedit, Verum tutius est præcedat pænitentia ad sedandam mentis distractionem D. Tho. 3. p. q. 80. art. 7. Syluest. ver. eucharistia 5. §. 22. So. 4. 5. d. 12. q. 1. ar. 7. ratio est quia potest accidere, vel absque peccato, vel cum peccato veniali, nam gula ex genere suo, non est peccatum mortale, Nau. c. 23. num. 119. & sic quando interuenit, cum peccato

morta-

mortali, licet tutius est abstinere; tamen præuia confessione,& pænitentia, non impedit communionem, neque celebrationem, eo vel maxime; quando immineret aliquod scandalum, si non communicaret, vel celebraret, vt patebit q. sequen. habetur exemplum de hoc in speculo exemplorum.d.8.num.48.

Decimo tertio quæritur, an maritus, qui habuerit rem cum vxore, vel e contra posset communicare mane sequenti, si nocte immediatæ præcedenti hoc acciderit.

Respondetur primo, si hoc factum fuit causa redendi debitum, vel euitandi pollutionem aliquam, non impedit, si causa delectationis,& esset magnum festum, puta Paschatis, Natiuitatis Domini, vel indulgentiarum plenariarum, tunc præuia confessione potest communicare.

Dico secundo si interuenerit peccatum mortale, puta abutendo vxore, vel habendi intentionem cum aliqua, vel si quis noctu, vel die præcedenti commisit fornicationem, vel adulterium, vel quid simile, pręuia confessione, & pænitentia, potest mane communicare, quia non reperitur præceptum hoc prohibens, licet ex quadam con-

gruitate, & reuerētia debeat abſtinere ita Doct. loc. cit. exemplum habes de hoc in ſpeculo exemplorum d. 1. num. 16.

Decimo quæritur, an confeſſarius poſſit admittere mulierem habentem menſtrua ad communionem? reſpōdetur ſi eſt fluxus continuus, non eſt dubium quin poſsit, ſi eſt temporaneus ſimiliter, niſi eſſet periculum effuſionis magnæ ſangninis quantitatis in eccleſia, propter ſcandalum, vel immunditiam, quia tunc poſſet domi communicare, ratio eſt, quia in naturalibus, non meremur, neque demeremur regulariter, ita D. Thom. loc. cit. ad 5. Caiet. in ſum. in ver. matrimonij peccata.

Decimo quinto quæritur, an confeſſarius teneatur interrogare pænitentem de ſuis peccatis.

Reſpōdetur primo quod non, hoc enim diſcrimen eſt inter forum exterius, & pænitentiale, quia in illo proceditur ad punitionem delicti, & ideo ad eruendam, ſeu extorquendam veritatem Iuris ordine ſeruato, tenetur Iudex interrogare, hic vero ſatis eſt audire ſimplicem pænitentis confeſsionem, quam ſponte facit ita Hoſti. in ſum. tit. de pænit. & remiſſ. §. quæ interro-

gatio-

gationes numero 49.

Dico ſecundo, quod autem pænitens videretur non eſſe adeo eruditus, nec integre confiteri, ſed in aliquo deficere ex verecundia, vel ex obliuione, vel ignorantia, quod tũc tenetur, & debet interrogare ſolum ea, quæ pertinẽt ad ſtatum pænitentis, & quæ probabiliter potuerit committere Sot. loc. cit. d. 18. q. 2. ar. 4. Victo. q. 193. Aſten. lib. 5. tit. 17. ar. 1. ita in c. conſideret in c. om. vtr. ſex. vide Angel. & Caiet. in ver. interrogatio.

Dico tertio iſte interrogationes debẽt fieri poſtquam pænitens finiuerit confiteri ſua peccata, non ante, nec infra confeſsionem, ad hoc ne interrumpat pænitentem, ex hoc enim cognoſcit confeſſarius, vtrum pænitens deficiat nec ne, & ex ſtatu, & conditione confitentis, & ex tempore, quo non fuerit confeſſus, & tunc ſic interroget ſi neceſſe viderit tamẽ ex cauſa poſſunt fieri ante, in medio, & poſt confeſſionem, Nauar. in fratres. num. 76. d. p. d. 5.

Dico quarto quod ex interrogationibus confeſſarij, ſæpe confeſsio, quæ alias non erat, fiat integra, Nauar. loc. cita. vide ſuperius. c. 9. q. 8.

Deci-

Decimo ſexto quæritur quo ordine fieri debeant interrogationes?

Reſpondetur primo quod licet ordo nõ ſit eſſentialis, tamen iſte conſueuit obſeruari, primo circa transgreſsiones, quæ fiũt circa decem præcepta Decalogi, & quinque pręcepta eccleſiæ, de quibus Nauar. c. 21. per totum, ſecundo circa commiſsionem, quæ fit circa ſeptem peccata mortalia, tertio circa abuſionem, quæ fit circa quinque ſenſus, quarto circa omiſsionem quę fit circa ſeptem opera miſericordiæ, quinto circa dubitationes, vel diſpẽſationes, quæ fiunt circa tres virtutes theologales, & circa articulos fidei.

Dico ſecundo, quod confeſſarius non debet deſcendere ad nimia particularia interrogando, maxime in peccatis carnalibus, & pręſertim in coniugatis, vide ſuper 19. c. 9. q. 6. Hoſti. in ſum. tit. de pænit. & remiſ. §. qualiter ſacerdos numer. 46. immo confeſſarius tenetur obuiare pænitenti volenti confiteri peccata carnalia adeo particulariter. Nauar. in cap. conſideret num. 82. d. p. d. 5. D. Anto. 3. p tit. 17. §. 3. c. 17.

Decimo ſeptimo quæritur, quid faciat confeſſarius inueniens pænitentem interdictum,

dictum, vel nominatim, vel generaliter?

Respondetur, primo si interdictum est tantum personale, quod nec potest eum absoluere, durante causa interdicti, vel interdicto, & tunc maxime quando pænitens fuerit causa interdicti.

Dico secundo quod potest absolui in articulo mortis, prout dictum est supra c. 15. q. 14. & sepelliri loco sacro, etiam si fuisset nominatim interdictus, ita Aste. lib. 6. tit. 3. ar. 4. vbi loquitur generaliter de omnibus peccatoribus, & pręcisis ab ecclesia modo sint ecclesiæ reconciliati, quod fit per sacramentum pænitentiæ, & adò ego, satisfacta parte læsa c. alma mater de sent. excom. l. 6. Dices clem. 1. de sepult. & Doct. communiter dicunt vt Pisana, & supplementum in ver. interdictum 4. §. 3. & Syl. eod. ve. 5. §. 8. & in ve. sepultura §. 9. & 11. quod licet interdictus moriatur cum pænitẽtia, non tamen est sepeliendus in loco sacro, sed extra, & postea sublato interdicto sepeliatur in loco sacro? respondetur quod loquuntur, quando concurrunt duo, scilicet interdictum personale, & locale; sed quando solum personæ essent interdictę, tunc morientes cum pænitentia, & pręstita

ſtita per hęredes idonea cautione de ſatiſfaciẽdo parti læſæ, & parendo mandatis ecclesiæ, ſi quid foret ſatisfaciendum, vel parendũ, quod poſſent ſepeliri in loco ſacro glo. in clem. 1. in ver. interdictos de ſepult. facit c. parochianus de ſent. excom. &c. à nobis d. 2. eod. tit. c. litteris de raptor. hoc clare dicit Inno. in c. fin. n. 7. de exceſ. præl. adeſt ratio communis, quia cui communicamus viuo, & defuncto communicare poſſumus. c. ſacris de ſepult. & Hoſt. in ſum. tit. de ſepult. §. quibus interdicatur. n. 4. & c. ſane, 14. q. 2. Sym. de cath. Inſtit. tit. 18. q. 9. c. ex parte de verb. ſign. ſed iſti communicatum eſt viuo ab eccleſia, per ſacramentum pænitentiæ, ergo & in morte, ergo, & in ſepultura, & hic caſus accidit in facto in terra montis Fuſculi anno 1593. de menſe Auguſti, vbi ciues erãt, tantummodo interdicti, & ita ego cõſului, cũ fuerim rogatus.

Decimo octauo quæritur, qui ſi durante interdicto locali, & perſonali homo interdictus moriatur, & de facto ſepeliatur in loco ſacro pręcedente pænitentia in eo, an ſit ab eccleſia eſumandus? reſpondetur negatiue, patet regula vulgata multa facta tenent, &c. Vide Syluеſ. ver. interdictũ 5. §. 8.

Piſ.

Pis. & supplem. eod. ver.4.§.3.Innoc. in dic. cap.fin.v.7.de exces.præla.

Decimonono quæritur, an clerici, qui sepelirent hunc hominem interdictum de facto sint excommunicati?

Respondetur primo quod sic si sciēter hoc fecerint, Clem. 1. de sepul. Syluest. ver. sepulcra §.11. & ver. excommunicatio 3. 6. 5. Nau.cap.27. num.137.notab.34.

Dico secundo, quod si sollemniter illum sepelissent in loco sacro, vel non hominem interdictum in loco interdicto, essent irregulares, sollemniter intelligitur, quando cum officio, processionaliter, & pompa exequiali Syluest. ver. interdictum 5. §. 8. ver. secundum, vide cap. alma mater de sent. excom. lib. 6. & ibi doct. & præcipue Couar. c. fin. de cler. excomm. celebr.

Vigesimo quæritur, quid faciat confessarius, quando in confessione reperit pœnitentem tenere, vel tenuisse, seu legisse libros prohibitos.

Respondetur primo distinguendo prout in praxi mea Episcopali in ver. casus in quibus. §. libros.

Dico secundo si vult pœnitere, & libri illi non sunt hæreticorum, quod potest Episcop.

eum

eum absoluere, vel confessarius cum illius auctoritate, per sac. Concil. Trid. Sess. 24. c. 6. de refor.

Dico tertio si non vult resipiscere, non potest absolui, sed potest procedi, prout dixi superius q. 3. 4. 5. 6. & 7. Vide Bullam Pij IV. positam in Indice librorum prohibitorum, & regulam decimam eiusdem Indicis, & aliam bullam quæ est 38. in ordine, vide Peng. in com. 3. in 2. par. dir. inquisit. & Sym. loc. cit. tit. 38.

Dico quarto si quis libros hæreticorum, hæresim continentes, vel de religione tractantes habuerit, non potest ab Episcopo absolui, quia est casus in prima clausula bullæ cœnæ Domini, qui casus non conceditur Episcopis, per illud decretum Sac. Conc. prout est videre in Bulla Greg. XIII. clauss. 18. & omnium Sum. Pontificum in processu litterarum cœnæ Domini, nisi fiat expressa mentio.

Dico quinto quod non esset excommunicatus, qui legeret etiam vnam faciem, vel scholiam libri hæreticorum, ex curiositate, vel leuitate, quia modo excusaret materia leuis, sed vehementer peccaret, Sym. de cath. Instit. tit. 38. num. 19. Vide Nau. cap. 27. num. 56.

Dico

Dico sexto si quis habuerit libros hæreticorum, hæresim non continentes, vel de religione non tractantes, dicerem quod potest Episcopus eum absoluere, etiam si hoc scienter fecerit, ratio est, quia hic casus non videtur reseruatus in Bulla cœnæ Domini. Ibi enim tantum excommunicantur scienter legentes, aut retinentes hæreticorum libros, hæresim continentes, vel de religione tractantes. Et ideo poterit Episcopus huiusmodi pœnitentem absoluere.

Duodecimo quæritur, an confessarius posset absoluere coniugum alterum, qui non vult cohabitare cum altero coniuge ex causa adulterij, fornicationis, vel huiusmodi, quod ille scit, sed secreto? Respondetnr quod sic, nam in hoc foro, creditur pœnitenti pro, & contra se, etiam si de hoc haberet violentam suspectionem, prout Syluest. in ver. diuortium. §. 7. num. 10. & Gloss. in cap. maritis de adul. & Rup. in ver. suspitione, & quæ nam sit suspitio violenta, vide eund. loco cit. & in ver. adulterium §. 7. num. 9. & ita intellige de omni casu pro quo potest fieri separatio, vt periculum vitæ, infidelitatis, morbi, &c. in cap. dixit dominus

minus 32. quæst. 1. Abbas in cap. præterea de conuersione coniugatorum. Couar. de sponsal. 2. par. cap. 7. §. 6. num. 8. vide in praxi mea Episcopali in ver. diuortium, & hoc in foro interiori, in foro vero exteriori proceditur cum practica. Hostiens. in Sum. tit. de diuort. §. quot modis cap. gaudemus de diuor. Nauar. in cap. diuortium num. 10. de pœn. dist. 1.

Vigesimo secundo quæritur, quid faciat confessarius, cum inuenerit pœnitentem schismaticum, verbi gratia Græcum tenentem Patriarcham Constantinopolitanum, præcedere dignitate Romanum Pontificem, vel concurrisse in scissura Papatus, vel quid huiusmodi?

Respondetur primo quod practicandum erit, prout dixi superius q. 4. Sym. loco cit. tit. 1. num. 15. & infra, quia clare constat Romanum Pontificem præcedere omnes mundi Patriarchas, & Episcopos, Socrates lib. 9. c. 13. Histor. Tripar.

Dico secundo idem dicendum esse de apostatis à fide, qui & renegati vulgo vocantur, quia plusquam hæretici sunt, si vere & ex animo apostatarunt, Syluest. in ver. apostasia §. 1. num. 4. Sym. loco cit. tit. 6. §.

vlt.

vlt, vide in praxi mea epiſcopali, in ver. caſus in quibus §. apoſtata, & §. renigari.

Dico tertio, quod cum apoſtata à religione, quia eſt ipſo Iure excommunicatus c. 2. ne cler. vel mon. lib. 6. Sylueſ. loc. cita. §. 8. Nau. c. 27. num. 131. practicandum erit prout Inferius c. 24. q. 8. quia eſt excommunicatio epiſcopalis.

Vigeſimo tertio quæritur, quomodo practicabit confeſſarius, quando in confeſſione inuenerit, pœnitentem diuinatorem, ſeu ariolum?

Reſpondetur primo ſi diuinator eſſet ex quadam leuitate animi, prout vulgo faciūt quædam femelle, vel zingari, quod poteſt eum abſoluere, quia interdum ſunt quædam mendacia officioſa, & aliquando cum peccato mortali.

Dico ſecundo ſi ex his falſis diuinationibus aliquid vſurparent, carperent, vel expilarent, tenerentur ad reſtitutionem, quia illud eſt acquiſitum cum fallacijs.

Dico tertio ſi in diuinationibus commiſcerentur aliqua ſuperſtitioſa, quæ non eſſent reſeruata epiſcopo, tunc ſimiliter poteſt eos confeſſarius abſoluere.

Dico quarto ſi eſſet cum aliqua inuoca-

tione dæmonum, vel errore hæresis, tunc practicandum erit prout sup.q.4.& 7. Vide Sym. loc.cit.tit.21.num. 10.& infra.

Dico quinto, idem dicedum de quibusdam astrologis, qui syderum inspectione diuinant ea, quæ sunt hominis cognitu impossibilia,& maxime natiuitistes, idem loc. cit.num.14. & bulla Sixti V. contra Astrologos Iudiciarios, idem dicendum est de reuelantibus præterita, præsentia, vel futura, quæ naturaliter sciri non possunt, idē loc.cit.num.15.& tit.30.num. 20.

Vigesimo quarto quæritur, quomodo faciet confessarius cum in confessione viderit pænitentē ignorare, ea quæ sunt necessaria ad salutem?

Respondetur primo quod omnes christiani tenentur scire explicite symbolum fidei, præcepta decalogi,& orationem dominicam Isid.lib.1.c.23.de sum. bon.

Dico tertio quod si pænitens ignoraret orationem dominicam, & articulos fidei, qui publice solemnizātur in ecclesia, non debet absolui, quia ista sunt necessaria ad salutem Iux. illud 1.Corint.c.14.ignorans ignorabitur Conc. Trid.sess.23.c.13.de refor. & dixi in praxi mea episcopali in ver.

do-

doctrina christiana §. 1. vide Sym. loc. cit. tit. 28. per totum & num. 8. præsertim.

Dico quarto quod hoc debet intelligi de habentibus vsum rationi, Sy. lo. cit. n. 9.

Dico quinto qui autem sunt articuli, qui communiter in ecclesia solemnizãtur? vide eundem loc. cit. & D. Tho. 2. 2. q. 2. ar. 3. in corp. & Scot. 3. 5. d. 25. q. 1.

Dico sexto quod bene faciunt nonnulli locorum ordinarij, qui reseruant hunc sibi casum, videlicet ne absoluantur illi, qui ignorant orationem dominicam, & articulos fidei, quod vidi obseruari in multis cathedralibus, quod rationi congruit, sicut enim adulti non sunt baptizandi, nisi prius sciant, quæ sunt necessaria ad salutem, ergo, nec absoluendi post baptismum, si ea ignorent Matth. c. 26. Conc. e libert. c. 42. Conc. Laodic. c. 45. & 47. & dixi in praxi mea episcopali in ver. baptismus. §. 10.

Vigesimo quinto quæritur, quid agendum confessario, cum inuenerit pænitentem esse hæreticum mere mentalem, puta si in mente, corde, vel in imaginatione solum haberet, vel teneret firmiter mordicus, & cum pertinacia aliquam hæresim damnatam, quam scit esse damnatam ab ecclesia

catholica? reſpondetur quod ſi iſte vult ve re dimittere illam poteſt eum abſoluere, quia non eſt excommunicatus, ſed ſolum cum peccato mortali, ratio vulgata eſt, cũ eccleſia non iudicet de occultis mere.

Dico ſecundo ſi iſte cum hac occulta hæreſi mentali manifeſtauerit eam aliquo verbo, ſigno, nutu vel geſtu exteriori ſolum infra ſe ipſum, in camera, clanculo, vel ſecreto, tunc ſtatim incurrit excommunicationem papalem, & in bullam cenæ domini, non poteſt abſolui, niſi pro vt ſupra q.4. Caiet. in ſum. in ver. infidelis, & in ver. hæreſis, Syluеſ. in ver. excommunicatio 7. n. 2. & 3. Sot. 4. 5. d. 22. q. 2. art. 3. Tabien. ver. excommunicatio 5. caſu 4. num. 4. §. 5. Caſtr. lib. 1. c. 7. de iuſt. hæret. punit. Sym. loc. cit. tit 41. per multa, quicquid dicat Adria. & alij.

Dico tertio ſi iſte reuelet amico, vel confeſſario, vel inquiſitori, vel alicui confidenti illam hæreſim mentalem petendo ab eo conſilium circa illam, non eſt excommunicatus, quia iſte actus exterior, non eſt malus, ſed bonus, Victo. 2. 2. q. 11. ar. 3. c. ſi ſacerdos de offic. ordin. Couar. in c. peccatum de reg. iur. lib. 6. parte 2. reg. 1. nu. 7.

c. nul-

c.nullus 11. 9. 3. Nauar. in cap. cogitationis:num.7.d.p.dif.1.

De admonitione facienda ab ipso confessario ipsi pœnitenti. Cap. XXII.

PRimo quæritur,an confessarius finita confessione, debeat admonere pænitentem de aliquibus rebus ad animæ suę salutem necessarijs,vel vtilibus?respondetur quod sic , & tunc maxime quando hoc viderit esse necesse, vel expedire, & primo de pæna,quam debet pati secundum censuram sacrorum canonũ , quibus pro quolibet peccato mortali ponitur pęna septẽnalis , & aliquando decennalis c. hoc ipsum §.1. 33. q.2 & 2. & per extensum, vide Hosti.tit.de pænit.& remiss.§.quæ pœna n. 60.vide inferius c.25.q.13. tamen quia hodie pænitentiæ sunt arbitrarie c. Deus qui de pænit. & remiss. c. mensuram de pænit. d.1.Sot.4.5.d.20.q.2.art.2. Angel ver.confessio sexto initio,ideo potest imponere pęnitentiam sibi beneplacitã aliis congruentem peccatis, admonens illum,quod si ista pænitentia,seu satisfactio sibi modo imposita,non fuerit sufficiens pro pæna debita

pro peccatis Conc. Trid. seſſ. vlt. c. de indulgent. & Caiet. 2-t. opus c. 2. & infra, & ferrendo patienter tribulationes, idem sac. Conc. seſſ. 14. de ſatisfact. ac ſi legit. pro quolibet ſeptennalem pænitentiam debere imponi, id intelligitur in foro fori, & nõ in foro poli. Nau. in c. menſuram num. 4. d. p. d. 1. ſed ægroto poteſt imponi pænitentia non mox implenda, ſed cum ſanus fuerit effectus, vel per amicos, vel per indulgẽtias, vel per dolores, quos patitur in infirmitate, & morte Caet. in q. 1. de ſatisfactione Nau. in c. ſi quis etiam num. 32. d. p. d. 7. vide inferius c. 25. q. 11.

Secundo quæritur, quid agere debeat confeſſarius, quando videret pænitentẽ labi forſitam, in aliquam deſperationem, vel in nimiam confidentiam, conſequendi cito gratiam, abſque ſatisfactione ſufficienti? reſpondetur quo ad primum quod debet ei proponere quædam exempla ſcripturarum, alias authentica, vbi præcipue relucet diuina miſericordia, vt de Dauid, Magdalena, Latrone, Auguſtino, Adultera, Samaritana, Cananea, Maria Aegiptiaca, & alijs, quo ad ſecundum ducat exempla vbi Deus, oſtenderit rigorem Iuſtitiæ,

vt

vt propter inobedientinm Adam, & Euæ propter corruptionem, vniuersale diluuium, propter peccatum inominabile, illas quinque ciuitates infames, & aliquando manifestare pænas impositas, per Iura ciuilia, & sacros Canones, & per bullas summorum Pontificum, propter peccatũ murmurationis Datan, & Abiron, propter peccatum adulterii, quanta flagella miserit Deus Dauid, & alia huiusmodi. Asten. lib. 5. tit. 16. Nau. c. 26. loc. cit.

Tertio quęritur, an confessarius debeat proponere fructus pænitentiæ ipsi pæniten ti, adhoc vt magis eũ hortetur ad frequentiam confessionum, & ad perseuerãdum in bono? respondetur, quod quando adesset tempus, bonum esset, quos repererit in Sac. Conc. Trid. sess. 14. c. 2. & 3. & D. Tho. 3. p. loc. cit. & præcipui sunt septem, primus remissio culpæ, secundus collatio gratiæ, & augmẽtũ illius, tertius mutat pænã æternã in temporalem, quartus minuiet de illa tẽporali, quintus etiam sacerdos minuit de pæna, sextus aperit cælum, idest portas paradisi, septimus tribuit spem salutis, vide D. Thom. 4. 5. d. 17. vide Panor. in c. sicut dignum de homic. vide Syluest. in ver. con-

fessio 2. §.fin. multas alias vtilitates,& fructus pænitentiæ habes in sanctis patribus, quos videas.

Quarto quæritur, vtrum confessarius debet admonere pænitentem, vt post specialem, & particularem confessionem omnium peccatorum occurrentium memoriæ factam, dicat culpam suam, de omnibus alijs peccatis commissis, cogitatione, verbo,& opere, & omissione generaliter, verbi gratia, finita cõfessione, vt dicat de his & de aliis omnibus peccatis, de quibus cõfessus, & quorum recordor, vel non recordor quibus offendi, Deum, animam meam, & proximum meũ, dico meam culpam, vel doleo? respondetur quod sic quia valet ista confessio generalis ad remissionem peccatorum mortalium oblitorum, & multo magis, ad remissionem venialium, etiam scitorum, Sylu.ver. confessio 1. §. 1. ratio est, quia quæ non possunt confiteri specialiter, & particulariter, ob lapsum mentis, vel fragilitatis humanæ ignorantiam, sufficit ea generaliter confiteri, prout à simili dicam inferius de absolutione à censuris c. 24. q. 11. & dixi supra c. 13. 9. 26. Vide Scot.4.5.d.22.9.1.ar.3.& Sot.d.16.q.1.ar. 4.vi-

4. vide Hosti.in sum.tit. de pænit.& remis. §. in summa, num. 11. in fine & §. Iudices ver. sento. multa alia pertinentia ad officium confessarij erga pænitentem vide in Nau. in c. 1. nu. 50. d. p. d. 6.

Quinto quæritur, vtrum confessarius peccet non imponendo æquam & iustam pænitentiam? Respondetur, quod sic licet sit arbitraria prout supra q. 1. & tunc maxime quando ex ignorantia, amicitia, socordia, vel aliquo respectu minus iusto vel non admonet pænitentem.

De absolutione. Cap. XXIIII.

PRo materia absolutionis illud primũ nosse, non erit inutile, quod absolutio prout facit ad nostrum propositum est duplex, vniuersalis, est illa quæ fit in missa, in prima completorio, & per Episcopum in quibusdam solemnitatibus quæ potius dicuntur præces, quam absolutiones, particularis altera, quæ impenditur à confessario pænitenti & ista est vere sacramentalis Nauar. in cap. primo in principio, nu. 10. d. p. d. 6. & ideo illę dicuntur in modo optatiuo, seu imperatiuo, & ista in modo indicatiuo.

Primo

Primo quæritur, vtrũ absolutio sit pars huius sacramenti? respondetur, quod cum in omni sacramento tria reperiantur nẽpe id, quod est sacramentum tantum, quod est res tantum, & quod est res, & sacramentũ; ita in hoc id, quod est sacramentum tantum, est confessio pænitentis, & absolutio sacerdotis, quod est res tantum, est ipsa gratia iustificans, qua fit peccatorum remissio, res, & sacramentum est contritio, quæ causatur à pęnitentia exteriori, hinc fit absolutionem non esse sacramentum, sed partem illius, complementum, & perfectionem Sac. Conc. Trid. sess. 14. c. 3. de part. sacram. pęnit. Sot. loc. cit. d. 14. q. ar. 1. cum sit forma, quæ cum materia constituit sacramentum, generalis enim est illa conclusio, quod omne sacrameutum constat ex materia, & forma, vel ex rebus, & verbis.

Secundo quęritur, quæ est forma essentialis huius sacramenti? respondetur breuiter, quod solum illa verba, te absoluo, ita Sac. Conc. Trid. sess. 14. c. 3. initio, alia vero sunt ad ornatum, vel dispositionem, vel vtilitatem pęnitentiæ, prout dicam inferius.

Tertio

Tertio queritur, vtrum confessarius possit vti aliis verbis loco huius verbi (absoluo) vt remitto, relaxo, condono, indulgeo, parco, & similibus æquipollentibus, & videtur quod non, quia quotiescumque præscribitur certa forma non potest per æquipollens adimpleri, vt patet vulgatis, tamen oppositum est verius, nam Christus dominus noster Io. c. 20. vsus est verbo, remisso, & matth. c. 16. vsus est verbo, remisso, & Matth. c. 16. vsus est verbo soluo D. Aug. tract. 8. in Ioan. & lib. 9. contra Faustum manicheum c. 16. vbi ait, habendam esse rationem significationis verborum, & non vocis materialiter sumptę, si quis enim diceret, tu absolueris à me, vel Petrus absolui à me, vel absoluaris à me, esset vera absolutio, secus vero si diceret, Deus te absoluat, aut Deus conferat tibi absolutionem, quia forma huius sacramenti debet esse auctoritatiua, & nō deprecatiua, cum sit actus iudicialis Sac. Conc. loc. cit. can. 9. D. Aug. tract. 5. & 6. in Ioan. & quia minister etiam concurrit ad gratiam sacramenti, prout Superius c. 19. q. 1. Nauar. in c. 1. in princip. n. 18. d. p. d. 6. & in cap. multiplex nu. 1. d. p. d. 1.

Quar-

Quarto quæritur, vtrum ſit neceſſaria manuum ſacerdotis impoſitio?

Reſpondetur primo quod non, ſed vbi eſſet conſuetudo, eſt congrua non ſolum in pęnitentia publica, ſed etiam in ſecreta, quia ſignificat remiſsionem peccati figura Leuit. c. 16. vbi dum ſacerdos confitebatur peccata populi, imponebat manus capiti dixi emiſſarij, qui gerebat perſonam pęnitentis Exod. cap. 29. ſecundo ſignificat pęnitentem renunciaſſe mundo, ſeu dęmoni, tertio beneuolētiam eccleſiæ erga ouē illam errantem Leuit. c. 11. quando Moyſes impoſuit manus populo, quarto ſignificat quādam orationem ſacerdotis can. manus 1. q. 1. Vide Syl. ver. abſolutio §. vlt. Dico 2. quod manuum impoſitio, nō eſt faciēda ſuper caput mulieris. Nauar. in c. initio num. 29. d. p. d. 6.

Quinto quæritur, vtrum ſignum crucis ſit dę neceſſitate huius ſacramenti? reſpondetur, quod non, tamen debet adhiberi, quia eſt ritus antiquiſsimus, in eccleſia Dei, patet ex Stephano Papa can. nūquid de conſecrat. diſt. 5. Aug. ſerm. 181. de tempore, & ſerm. 19. de ſanctis, & tract. 118. in Ioan. patet ratione quia ſignificat hoc ſacramen-

cramentum habere virtutẽ ex cruce Christi, Guliel. Parif. dicit ad ſignificandum effectum huius ſacramenti, quod eſt inſtitutum ad mortificationem veteris hominis Iux. illud Pau. ad Gal. 5. circa finem, qui ſunt Chriſti carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs & concupiſcentijs, Vide Sylu. loc. cit.

Sexto quæritur, qua forma debet vti confeſſarius in quotidianis cõfeſſionibus? reſpondetur, quod Neapoli, & quaſi per totum regnum vtitur hac, ſi teneris aliqno vinculo exccommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti, à quo poſſum te abſoluere, ego abſoluo te, & reſtituo te ſanctis ſacramentis eccleſiæ communitati, & vnitati fidelium, In nomine patris, &c. Deinde Miſereatur tui poſtea Indulgẽtiam, &c. Inde, Dominus noſter Ieſus Chriſtus abſoluat, & ego auctoritate ipſius, qua fungor abſoluo te, ab omnibus peccatis tuis In nomine Patris, &c. poſtremo, paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti, & merita beatæ Mariæ Virginis, & omnium ſanctorum, & quicquid boni feceris, aut mali ſubſtinueris, ſint in remiſſionem omnium peccatorum tuorum, in augmentum diuinæ gratiæ, &

præ-

præmium vitæ æternæ. Amen,

Dico secundo quod Romæ & Beneuenti, & quasi vbique vtitur tali, Misereatur tui,&c. Indulgentiam,&c. Dominus noster Iesus Christus te absoluat, & ego auctoritate ipsius, qua fungor, absoluo te ab omni vinculo excommunicationis maioris, vel minoris quantum possum, & tu indiges, iterum absoluo te ab omnibus peccatis tuis, In nomine patris,&c. passio Domini nostri,&c. Vide Sylu.ver. absolutio 4. §. vltimo.

Dico tertio in reconciliatione pæniten tis (præcedente tamen confessione de recenti) potest confessarius vti hac forma, si teneris, &c. prout supra, deinde dicat, Ego absoluo te à peccatis tuis, In nomine patris,&c. paßio &c.

Dico quarto, quod vrgeret necessitas, puta infirmus iam iam moriturus exalans animam, vbi non vacat sacerdoti dicere tot verba, sufficeret, ei solum dicere hæc verba, absoluo te à peccatis tuis, pro vt dicetur infra q. 15.

Dico quinto quod in absolutione, non debet dicere à peccatis tuis cõtritis, quia posset esse, quod pænitens, non dũ est con-

tritus

tritus & ſic committeret mẽdacium in forma, & pænitens non eſſet abſolutus à peccatis attritis, & in hoc multi errant Nau. c.26.numer.11. notab.12. med.c.de pænit. tract.2.fol.mihi 98.nec debet dicere a peccatis oblitis, vel quorum memoriam non habes,quia peccata oblita, non abſoluuntur formaliter, & actualiter, ſed virtualiter, & conſecutiue, prout dictum eſt ſupra c.13.q.33.Sot.4.5.d.14.q. 1. ar. 3. in fine, vnde bene ait Nauar.in c.1.in principio n. 31.quod dicere à cõtritis eſt periculoſum, oblitis, & non confeſsis eſt ſuperfluum.

Septimo quæritur,qua forma debet vti, in Iubileis,indulgẽtiis, & alijs priuilegiis, & gratiis conceſſis aliquibus locis,vel perſonis,vbi datur facultas abſoluendi,etiam à cenſuris eccleſiaſticis,etiam in bulla cænæ domini?

Reſpõdetur primo quod debet vti hac, auctoritate Domini noſtri IeſuChriſti,beatorum Apoſtolorum Petri,& Pauli,& Summi Pontificis, mihi commiſſa,& tibi conceſſa in hac parte, abſoluo te imprimis ab omni vinculo excommunicationis, ſi quã incurriſti, & reſtituo te ſanctis ſacramentis eccleſiæ,In nomine Patris. Deinde Miſereatur,

reatur, &c. Indulgentiam &c. Inde Dominus noster Iesus Christus te absoluat &c. passio, &c.

Dico secundo si pænitens certo haberet aliquas censuras ecclesiasticas, tunc confessarius eas, debet explicare, & causas ob quas ille incurreret eas licet nō sit necesse.

Octauo quæritur, quid agendum est confessario, cum repererit pænitentem irretitum aliqua censura ecclesiastica?

Respondetur primo si excommunicatio est episcopalis procurata ab ipso Episcopo, & habita auctoritate confessarius absoluat eum, vtens hac forma, Auctoritate Domini nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & Reuerendissimi Episcopi N. mihi commissa, & tibi concessa, in hac parte absoluo te, imprimis a vinculo, si est vna, vel à vinculis, si sunt plures excommunicationis, vel excommunicationum, quam, vel quas incurristi, propter talem causam, vel transgressionem, & restituo te &c. similiter, si excommunicatio esset Papalis, & esset occulta per dispositionem Sac. Conc. Trid. Sess. 24. c. 6. de reform. quia censetur etiam tunc Episcopalis, caueetur.

Dico

Dico secùndo si absolutio excommunicationis esset facienda in eodem foro interiori dependenti ab exteriori, de mandato Episcopi ei hoc committentis, tũc hæc seruare debet, primum satisfactionem parti læsę, si opus esset, vel pignora, vel cautionem, de satisfaciendo: secundum cum psalmo miserere mei: tertium percutere hnmeros, & alia iuxta notata, per Nau. c. 26. numero 8.

Dico tertio si absolutio excommunicationis deberet præstari in foro exteriori, tunc sunt hęc seruanda, primum satisfactio parti læsæ realiter, & cum effectu sit facienda, & pænitens est soluendo, vel cautio, vel pignora prout supra, & potest pro ea pæna pecuniaria imponi, Sym. de catth. insti. tit. 22. nu. 5. secundũ, iuramentum de parendis mandatis ecclesiæ, & de similibus in postremum non patrandis. tertiũ psal. miserere mei, quartũ percutere humeros, quintũ ea, quæ ponuntur in Pontificali. c. cum desideras, c. super eo il 2. de sent. excom.

Dico quarto quod in vtroque foro poterit vti alia forma, omissa ista, nam sicut in excommunicando, non datur certa forma, ita nec in absoluendo Hosti. in sum. tit. de

ſent. excom.§.qualiter nu.14.& §.in maiori num. 14.Nau.c.27.num.12.initio Caiet. in ſum.ver. abſolutio Apoſtilla Io. Andre. in glo.d.c.ſuper eo in ver.forma,& poterit vti verbo abſoluo te, relaxo, te benedico, vel alio verbo ſimili, prout ſupra q.3. Flor. loc.cit.tract.de excom. art.4.diffic.9. Sexto debet fieri coram notario, & teſtibus, ad hoc vt poſsit probari abſolutio, quando opus erit, cap. licet nobis de ſent. excom. glo. in c. propoſuiſti de cler. excom. Sexto ſi plura committerentur obſeruanda in dicta abſolutione, vel à Domino Papa vel à ſacra pænitentiaria,vel à quocunque ſuperiori omnia ſunt obſeruāda Nau. c.27.num.272. ver. eodem die vſque ad finem,& licet in abſolutione ab excommunicatione requirātur multa, ſi tamen omitterentur,tenet abſolutio modo adſit verbū abſolutorium,vt abſoluo relaxo, rebenedico Nau. in c.1.num.55.d. p.d.6. ſimiliter ſi omittatur ſatisfactio, tenet abſolutio licet male agat abſoluens Inno.in c.cum. ab Eccleſiarum num.6.de offic. ordinarij. immo ſi excōmunicatus confiteretur ſua peccata poteſt ſepeliri in Eccleſiaſtica ſepultura licet non ſatisfecerit.Bal. in Margarita

Inno-

Innocent. in verbo ſacerdos, q. 2.

Nono quæritur, vtrum confeſſarii vigore diplomatum, gratiarum, vel priuilegiorum conceſſorum alicui confraternitati, puta roſarii, conceptionis, cruciatæ, correggiatorum, & ſanctiſsimæ Trinitatis, vel in Iubilęis, poſsint abſoluere à caſibus epiſcopalibus? reſpondetur, me fuiſſe contrariæ opinionis, fultum aliquot auctoritatibus, & deciſionibus factis in hac materia, prout dixi in praxi mea epiſcopali loc. cit. tamen rę melius conſiderata, dico nunc, quod poſſunt, quando in priuilegijs, gratijs, & Iubilęis, eſſent hæc verba, vel æquipolentia, & ſimilia, vt poſsint confeſſarii approbati ab ordinarijs, abſoluere a caſibus, & cenſuris, etiam ſedi Apoſtolicæ reſeruatis, vel toties quoties, vel ſemel in vita, & ſemel in morte, vide Nau. in noua impreſsione Sũmæ facta Venetijs anno 1590. c. 27. num. 266. vbi diſputat hoc ex profeſſo contra quemdam, qui tenet oppoſitum, & exemplificat in facto ſuper gratiis, & priuilegiis conceſsis Archiconfraternitati ſanctiſsimæ Trinitatis de Vrbe.

Decimo quæritur, quid operantur verba illa, miſereatur tui, & indulgentiam?

Respondetur primo quod operantur bonam dispositionem pænitenti, ne ponat obicem gratiæ suscipiendæ per tale sacramentum, ad hoc vt se præparet, & disponat ad digne illam suscipiendam, & implorandam diuinam misericordiã, pro remissione peccatorum, & Deo dicuntur orationes deprecatiuæ.

Dico secundo quod ponuntur vt pænitens absoluatur a Deo Nauar. in c. 1. num. 30. in principio. d. p. d. 6.

Vndecimo queritur, quid operãtur verba illa, si teneris aliquo vinculo excommunicationis, &c. vel verba similia? respondetur quod vltra ea, quę dicta sunt superius c. 13. q. 26. causant habilitationem pęnitẽtis, qui alias erat inhabilis ad gratiam sacramentalem accipiendam, & operantur absolutionẽ censurarũ probabiliter ignoratarum Nau. c. 27. num. 272. vers. eod. die, prout facit pia mater ecclesia in die parasceue, vbi in missa orat pro omnibus præcisis generaliter, Dices ibi nulla fit mentio de excommunicatis, sed tantum de hæreticis, & schismaticis? respondetur quod non explicite, cum sint membra separata c. resecandæ 23. q. 4. tamen implicite, quando

do orat hæreticis,qui ſunt ipſo Iure excō-municati c. excommunicamus cum ſimili-bus de hæret. & in prima clauſula bullæ cæ næ Domini,Sym.de cath.inſtit.ver.excom municatio,& tit 11.num.6.in fine,&

Duodecimo quæritur, quid operantur verba illa, paſsio Domini noſtri Ieſu Chri ſti, &c. reſpondetur, quod ſunt vtiliſsima quia operantur maius meritum bonorum operum pænitenti facienti aliquid boni, vel patienti aliquid mali, quam ſi ſponte illud faceret,vel pateretur abſque impoſi-tione confeſſarij,per illa verba D. Tho. 3. p.q.84.ar.3.ad 1.Caiet. in ſum.ver. abſolu-tio circa princip. Sot.4.5.d.19. q. 2.art. 2. Nau. c. 26.num. 23.& c.3. num. 5. ratio eſt quia eſt quoddam ſacramentale, & ſatisfa ctorium Angel.ver. confeſsio 6. nu. 3.Na-uar. in cae. falſas.numer. 12. d.1.d.5. & in ca. 1. in principio num.36. vbi dicit quod opera ſatisfactoria poſſunt tripliciter con ſiderari, primo quando ſpecialiter impo-nuntur,vt pænitentia impoſita à confeſſa-rio, vel ex voto, ſecundo quando impo-nunt ſub conditione,vt quidquid boni,vel mali feceris,vel ſub conſilio confeſſarii,ter tio quando nos ex nobis ipſis ſpōte vel ex

deuotione facimus aliquid bonum primũ est maxime satisfactorium, secundum minus, tertium multo minus Nau. loco citato num. 39. ratio est quia primum & secundũ est quid sacramentale.

Decimotertio quæritur, an pænitentia, seu satisfactio sit imponenda, ante vel post absolutionem peccatorũ? respõdeo, quod licet glo. in clem. dudum §. statuimus, in ver. audire de sepult. cum quibusdam alijs doctoribus dicant deberi dari, seu imponi ante absolutionem, tamen nihil refert, si prius, vel post imponatur Angel. 11. confessio. 5. n. 1. Syluest. lo. cit. & est communis nã pænitenti. siue, ante siue post absolutionem iniungitur semper æque est Sacramentalis Nauar. in c. 1. in principio. n. 35. d. 1. d. 6.

Decimoquarto quæritur, quod dicere debet pęnitens, dum Sacerdos eum absoluit? respondetur meo quidem iudicio, quod non satis bene faciunt confessarij, si dum absoluũt pęnitentẽ, dicant ei dic; Pater noster, vel Aue Maria, vel quid simile, nam debet pęnitens audire formam absolutionis, quę est sua sententia absolutoria clarum enim est, quod in foro exteriori, quando fertur sententia, citatur reus, & eo

prę-

pręsente legitur,similiter in foro interiori, nam interdum fori miſcentur, pro vt dictũ eſt Sotus ſupra c.22.q.9.dices ſi pęnitus nõ intelligit linguam Latinãm, dico quod ſal tem tacendo,audit verba abſolutionis, & Sacerdotem orantem deprecantem,& abſoluentem, & ideo bene faciunt confeſſarij, qui dum abſoluunt, dicunt pęnitenti, dic ſemel,vel ter,Ieſus,nam pænitens dum audit formam abſolutionis,magis lętatur, & quodammodo certificatur de ſua ſalute quam percipit per tale Sacramentum,vna enim ex cauſis,cur Sacramenta fuerint inſtituta,eſt ad gratiæ infuſionem,licet an de facto huic conferatur certo ſciri nequit S. S. Tho.1.2.q.112.art.5.in cap. Sac. Conc. Trid. ſeſſ.6.c.12.& c.14.vide Angel.u. confeſſio 5.initio.

Decimoquinto quęritur, an in omni pęnitente abſoluendo Sacerdos debet vti tali forma communi,& omnibus illis verbis prędictis? reſpondetur,quod ſi quis iam iã moriturus puta vulneratus, vel in naufragio, peſte, & bello,& eſt excommunicatus, & non vacat confeſſario pręmittere, omnia illa verba,ſi teneris,&c. vel auctoritate Domini, &c.prout dictum eſt ſupra quę. 8.

quod tunc quanto citius vti debet verbis breuioribus,& essentialibus, puta absoluo te, nam si moreretur ita absolutus a peccatis, posteà mortuus, poterit absolui, seu potius declarari absolutus ab excommunicatione, si illam certo habebat c. a nobis, d. 2. & c. sacris de sent. excom. Hosti. in sum. tit. de Sepult. §. quibus n. 4. in fine, secus vero; non posset fieri de peccatis, si prius fuerit absolutus ab excommunicatione, & ante quam absolueretur a peccatis moreretur, Nau. lo. ci. n. 32. not. 24. & est communis.

Decimosexto queritur, quid faciat confessarius, quando forte absoluerit pęnitentem ab aliquo casu reseruato, vel excōmunicatione, a quo non poterat absoluere? respondetur primo, quod procurata, & habita auctoritate a superiori absoluat, præsentem vocatum pęnitentem, si pręsentialiter poterit eum habere, si non absoluat ab excommunicatione absentem; Dico secundo, quod si pręsentem eum habere poterit, tamen immineret scandalū, puta quia ille scandalizatur, vel murmuraret contra eū de hoc facto, vel timeretur aliqua manifestatio confessionis, vel suspitionis, quia

forte

forte esset mulier, vel persona aliqua, de qua possit oriri verisimiliter suspitio, quod posset eum in absentiam absoluere, ita cõmuniter Sylu.u.confessor 3.§.1.Nau. c.26.n.14.notab.13. Dico tertio, quod pænitens, quod sic fuerat male absolutus durante hac credulitate, seu ignorantia excusaretur quoad Deum. Syluest. lo. cit. Dico 4. quod non est necesse, quod pænitens tũc temporis sit in gratia, cap. tunc valere de conse.d.4.& ibi glo.in u. ad salutem.

Decimoseptimo quæritur, vtrum pænitentiarij Episcopi, ab eo constituti, vel qui sunt iure ordinario, vel consuetudine, in aliquibus locis, possint concedere casus Episcopales, quos ipsi habent, alijs confessarijs inferioribus? Respondetur primo, inspicienda esset, eorum auctoritas, vel vsus, vel consuetudo, tamen præcise loquendo, dico quod possunt cõcedere casus, vel censuras, dum consuluntur in facto, puta confessarius inferior refert pænitentiario, se habere talem pænitentem, cum tali casu reseruato, vel censura, tũc pænitentiarius, vel potest dicere, dic vt veniat ad me, vt eũ absoluam, & sic est vsu frequentiori, vel dat auctoritatem dicto cõfessario, vt illum absoluat

ſoluat ab eo caſu, vel cenſura, Dico ſecundo, quod non poſſet concedere omnes caſus ſimul alicui confeſſario, vt ab eis poſſit abſoluere, toties, quoties acciderit, niſi aliter haberet in commiſſis, vel eſſet conſuetudo, per regulam, delegatus a Principe, poteſt alteri ſubdelegare, facit c.fin. de offic. Vic. lib. 6. Vide Sot. 4.5.d.18.q.4.ar.3. & dixi in praxi mea Epiſcopali in ver. pænitẽtiarij, vide Nau. c.27. num.45. notab.8. Vide Syman. de Catthol. Inſtitu. titu.3. nu.5

Decimooctauo quæritur, vtrum confeſſarij poſſint diſpenſare, ſuper irregularitate uigorę Iubilæi, in quo ponuntur illa verba, vt poſſint abſoluere, ab omnibus cenſuris, & pænis? Reſpondetur quod non, quia irregularitas, non eſt proprie pæna, ſed Canonicum impedimentum, ſeu inhabilitas quædam, ſecundo, quia irregularitas non abſoluitur, ſed diſpenſatur prout prolixius, dixi in praxi mea Epiſcopali, u. irregularitas §.13. uide Nau. c.27. n.250. & nu.194. & Sot. lib.5. q.1. ar.4. In fine de Iuſt. & Iure.

Decimonono quomodo Epiſcopi poſſunt, vel debent concedere auctoritatem ſuam ſuo pænitentiario, vel alicui ad hoc

vt ille poſſit abſoluere ab omnibus caſibus, & cenſuris Eccleſiaſticis Epiſcopo reſeruatis pænitentes? Reſpondetur primo, quod non ſufficit concedere ſuos caſus reſeruatos ſolum, quia appellatione caſuum, non veniunt cenſuræ Eccleſiaſticæ, cum a diuerſis nõ fiat iliatio l. Papinianus ff. de minor. ſed debet explicite concedere abſolutionem, a caſibus, & cenſuris, comutationem votorum, abſolutionem iuramentorum, diſpenſationem irregularitatum, ſuper quibus poteſt diſpenſare Epiſcopus, ea enim, quæ ſpecialiter ſolent concedi, non cadũt ſub generali conceſſione c. fi. de offic. Vic. lib. 6. Hoſti in ſum. tit. de pænit. & remiſſ. §. cui confitendum nu. 14. iuxta finem Nau. cap. 27. num. 254. verſ. quod ſi Epiſcupus, & dixi in praxi mea Epiſcopali u. caſus reſeruati §. 3. Dico ſecundo, ſecus vero ſi Epiſcopus diceret alicui concedo tibi totã meã auctoritatem in foro conſcientiæ, nã tunc ſufficeret intentio ipſius concedentis omnia prędicta vnico verbo, per regulam quicquid agunt homines intentio iudicat omnes Hoſt. lo. cit. c. de inuidia n. 49. dico tertio, niſi Epiſcopus vellet concedere ſolum caſus, vel ſolum cenſuras, vel partem

ſuæ

ſuæ auctoritatis iuxta illud Math. cap. 25. vni quinq. alteri duo, alteri vnum talentum.

Vigeſimo quæritur, quibus eſt deneganda abſolutio? Reſpondetur primo, quod multis, prout inferius cap. vltimo. q. 17. & ſupra c. 22. q. 9. Dico ſecundo, quod in praxi mea Epiſcopali §. 9. poſui multos caſus, primum, qui non vult deſiſtere a peccato c. peccati venia de reg. Iur. l. 6. ſecundum, meretrices cap. quod quidam de pænit. & remiſ. tertium, nolentibus reſtituere cum poſſint, quartum, nolentes ſoluere decimas, vbi ſolui debent, quintum, excommunicati, interdicti, ſuſpenſi regulariter, ſextũ, publici peccatores, niſi peracta ſufficienti pęnitentia, ſeptimum, qui licet relinquant peccata, tamen non deſerunt propinquas commoditates ducentes ad peccatũ, prout cap. ſequenti q. 3. per glo. in cap. ſatisfactio de pænit. diſt. 3. iſti non ſunt abſoluendi, quia abſolui non poſſunt, qui adhuc volunt manere ligati, vt concubinarij, vſurarij, inimicitias habentes.

Vigeſimoprimo quæritur, quomodo verificatur forma abſolutionis in homine iã contrito, cui remiſſa ſunt peccata per con

tritionem? respondetur, vide superius cap. 7. q. 34.

Vigesimosecundo, quæritur an absolutio iniusta data excommunicato teneat. Respondeo quod sic ratio est, quia sicut excommunicatio iniusta ligat ita etiã absolutio iniusta absoluit, cap. primo, 11. q. 3. c. venerabilib. §. vbi de sent. excomm. in 6. Nau. c. primo, n. 57. & infra de pen. d. 6.

De Satisfactione.
Cap. XXV.

POstremo de satisfactione restat agendum, & more solito Primo, quæritur quot modis vsurpatur satisfactio prout facit ad nostrum intentum? Respondetur primo, quod pro quocumq. remedio, ad nostri peccati remissionem, & ita passio Domini nostri fuit satisfactio pro peccatis totius humani generis, & ista solum fuit de toto rigore Iustitiæ D. Thom. 3. p. quæst. 1. art. 2. ad 2. Sot. 4. 5. dist. 14. quæst. 2. artic. 3. secundo, pro quocumq. opere bono quod quisque sua sponte facit pro emenda suorum peccatorum, tertio, pro opere quod imponitur a confessario pęnitẽti, & ista est pro-

proprie tertia pars huius Sacramenti.

Secundo quæritur, quod discrimen est inter satisfactionem, & restitutionem? Respondetur, quod restitutio, fit de rebus datis, vel acceptis, vbi quisq. redit quod debet licet citra iniuriam fuerit acceptũ Sot. lo.cit.d.19.q.1,ar,1.satisfactio vbi quis satisfacit Deo pro iniuria illata suæ diuinæ maiestati, idem lo cit.d.45.q.2,ar,3. initio, & lib.4.q.6.art. 1.de Iust. & iure,

Dico secundo, quod inter remissionem Sacramentalem, & remissionem Indulgentiarum, est etiam differentia, quia remissio Sacramentalis respicit maculã peccati, & delettionem, & mutationem pœnæ æternæ in temporalem, & est plena, & plenissima respectu iniuriæ principalis c. sunt plures.d.1.d.3.sed indulgentia respicit delettionem reatus, & pœnæ temporariç Nau. de Iub.& indic, not.9.n,13. Sotus 4.c.d. 21 q.1.ar.2.col.fin.vide alias differentias not. 10.n.21.Palud.4.c.d,20,q.9.col. 4.vide superius, cap.fi.q. 18.& 19.

Tertio, quæritur, quid est satisfactio? respondetur omissis alijs breuitatis causa secundum D.Aug.lib.de dogma c, 54. & habetur in c.satisfactio de pænit.d.3: est pecca-

catorum causas excidere, & earũ sugestionibus aditum non indulgere vbi habentur dico, primum compensationem factã Deo, vel proxsimo propter peccatum, secũdum propositum non offendendi illum D. Tho. 4.5.d.15.art.1.quæstione 1. & glos. ibi per causas intelligit radices vitiorum, quia non sufficit ab hac arbore pessima incidere ramos, sed eradicasse radices 1. totales occasiones ducentes ad peccatum: Præterea habes duo maxime huic Sacramento necessaria, primum purgatiuam, & postea præseruatiuam satisfactionem, quia altera sine altera non sufficit, quando timor est de recidiuo Vide S. Ansel. li. cur Deus homo, vbi ponit aliam pulchram definitionem satisfactionis.

Quarto quæritur, vtrum delata culpa per contritionem, habita absolutione, remaneat aliquid pœnitenti satisfaciendũ? Respondetur, quod sic Sac. Conc. Triden. Sess. 14. c. 8. Sacerdos enim dum absoluit pænitentem ipsum etiam ligat, absoluit quidem a peccatis, & ligat eum ad satisfaciendum pro illis, ita Sac. Conc. lo. cit. cap 15. Sot. lo. cit. dis. 20. q. 2. artic. 2. conclus. 1. quicquid dicat falsa schola hæreticorum.

recen-

recentiorum, quorum nomina ſerio in hoc opere, nolui nominare, quia potius eos nominando, fauetur eis, cùm concurrant per aures hominum, & ſunt monſtra, & portenta inferorum, vide ſuperius cap. 8. q. 8. vide D. Aug. tract. 33. in Ioan.

Quinto quæritur, an ſit poſſibile homini ſatisfacere Deo totaliter, ideſt ad ęqualitatē iuſtitię ideſt tantum ſatisfacere, quãtum offenderit? Reſpondetur primo, quod non, pſal. 115. quid retribuā Domino, & c. Eſai. c. 40. ligna libani non ſufficerent hoc enim ſolum fuit poſſibile Chriſto Domino noſtro, qui obtulit Patri, & ſatisfecit de ſuo, nos enim nihil habemus de noſtro 1. Corinth. cap. 4. quid habes homo, & c. hinc Ariſto. 8. ethic. bene ait quod tribus non poſſumus reddere æquale, Deo, Parentibus, & Magiſtris, quia in iſtis nōpoteſt conſiſtere ratio iuſtitiæ, vide Sot. lo. cit. d. 14. q. 2. art. 3. Io. de Baſſolis ibi q. 2. ad. 1. argu.

Sexto quæritur, an homo poſſit ſatisfacere Deo poſſibiliter ideſt ſecundū poſſibilitatem ſuam, & vires humanas? Reſpondetur quod ſic, & hanc Theologi, & Canoniſtę vocant ſatisfactionem proportionabilem. i. In quantum Deus dignatur acceptare, vt

re, vt ſi quis deberet mille alicui, & vellet ei ſoluere vnum obulum, pro illis millibus, imo etiam illum obulum, quem homo reddit Deo, pro millibus ſibi debitis, ipſe benignus, & miſericors, etiam ipſi homini donauit, vt cum illo poſſit ei ſatisfacere iuxta illud S. Aug. magna Dei bonitas, vt ſua facit, vt ſint noſtra, & vt ei pro noſtris peccatis ſatisfaciamus de ſuo, quam ſatisfattionem ſancti Patres vocant ſecundum voluntatem acceptantis S. Tho. 1. 2. q. 114. ar. 3. in corp. & in addit. 3. p. q. 13. art. 1. in cor. primo Paralip.

Septimo quæritur, an ſatisfactio ſit neceſſaria ad ſalutem? reſpondetur, quod ſic ſiue in futuro ſeculo, prout dictum eſt ſuperius, & dicitur inferius q. 9. ita D. Chriſoſt. hom. 3. ſup. c. 3 Matth. ſuper illa verba genimina uiperarum, & Conc. Tridēt. ſeſſ. 14. cap. 8.

Octauo quæritur, quibus operibus fit ſatisfactio? Reſpondetur primo, orationibus, ieiunijs, & eleemoſinis Tob. c. 12. facit cap. animi 13. q. 2. cum vulgaris, ſecundo, fit Vigilijs, peregrinationibus, diſciplinis, operibus miſericordiæ, tam ſpiritualibus, quam corporalibus, tertio fit ærumnis tri-

bulationibus,flagellis,infirmitatibus,perſecutionibus, & malis omnibus immiſſis a Deo benedicto, licet permedias perſonas a nobis patienter toleratis, & paſſis, ita Sac.Conc.lo.cit.& can. 12. facit ſecundo reg.ca.16. cum vulgatis,quarto Indulgentijs Theſauri Eccleſiæ,qui augetur in dies, extrauagans vnigenitus inprincipio, verſ. ad cuius.

Nono quæritur, an confeſſarius poſſit abſoluere pænitentem, qui non vult acceptare aliquam ſibi a confeſſario impoſitam pænitentiam, ſeu ſatisfactionem? reſpondetur primo, quod debet eum admonere, vt eam acceptet, quia ſic ſatisfaciet Deo citius, & commodius in hoc mundo, quam in alio, Dico ſecundo ſi etiam hac adhibita perſuaſione,nolit eam acceptare, quod non debet cum abſoluere, ita enim obſeruat vſus vniuerſalis Eccleſiæ,quæ,nõ acceptantibus pænitentiam,ſolet denegare abſolutionem,cum ſit ſignum impænitẽtię, & non habitę contrictinis, ſi ſaltem nol let acceptare qualem, qualem ſaltem vnũ Pater noſter, Aue Maria,vel quid ſimile,& quia videtur deficere tertia pars huius Sacramenti, nempe ſatisfactio, & quia vna

ex conditionibus ipsius confessionis est vt sit, parere parata, vide Sot.lo.cit.d.20.q.2 art.2.conclus.2.Victo.q.209.S.Tho. in addit.3.p.q.18.art.3.& mag.4.5.d.18.& Inno. in cap.omnis vtriusq lex. n. 3.d. p. & rem. Dico tertio, quod probabilis est opinio illorum qui dicunt pænitentem nolentem acceptare, etiam aliquantulam pænitentiã debere absolui, vt quia dicit se velle satisfacere Deo, vel viuens per alia bona opera sibi bene placita, puta Indulgentias, & alia opera misericordiæ, vel mortuus in purgatorio, ad hoc ne dictus pænitens discedat a confessario male satisfactus, vel desperatus quodamodo; Sco.4.5.d.17.Syl. u.confessio 1,§.29.& 3.Nau.cap.26.nu. 20. & in cap.consideret.§.ponat.n.6.d.p. d. 5. Vide D.Anton.3.p.tit.14.cap.17.§.1. Dico quarto, hoc tamen fallit, quando ei imponeretur satisfactio de restituendis ablatis, vel fama proximi, vel præseruatione alicuius recidiui c. peccatum, & ca. peccati veniam de reg.iur.lib.6. quia tunc nõ potest, nec debet eum absoluere tamquam impænitentem. Dico quinto, licet pænitens nõ teneatur acceptare pænitentiã tamẽ acceptatam tenetur eam adimplere Nau.in cap.

qualitas in glos. num.17.d.p.d.5. dico sex to, licet pænitentia sit arbitraria, tamen cō fessarius debet studere imponere iustā, quā si non imponit non tamen peccat nisi quādo nullam imponeret pænitente acceptante Nau. in c.mensuram. 2.d.2.n.2.

Decimo quæritur, vtrum secundus confessarius possit mitigare, minuere, vel mutare pęnitentiam inuentam pænitenti a primo confessario, vt inferior impositam a superiore, vel æqualis ab æquale, vt puta cōfessarius impositam ab Episcopo Episcopus impositam a Papa? respondetur breuiter quod sic, modo concurrant tres conditiones, prima vt sit causa iusta, & rationabilis ob quam commutatur, secunda, vt non sit peccatum reseruatū illud, ob quod fuit imposita talis pænitentia, tertia, vt superior sibi non reseruauerit commutationem talis pænitentiæ ita Angel. vers. confessio 6.n.4. Syl. ver. confessio 1. §.27. Nau. cap.20.num.22. Io de Sylu. tract. de benef. 4.p.q.7.num.28.vers.152. Victo. q. iij. licet in tract. de clau. q.14. dicat oppositum Armilla u. confessio Sacramentalis num.3. Dico secuudo, quod quando esset necessitas, vel vtilitas pænitentis, etiam si peccatum

ob

ob quod fuit talis pænitentia a superiore imposita, esset eidem reseruata, quod tunc posset inferior eam commutare, eo vel maxime, quando pænitens esset pauper, vel infirmus, vel mulier, vel immineret scandalum, vel pænitentia esset intollerabilis, vel nō posset adire superiorem aliquas ob difficultates, quia tunc inferior, potest, & debet, putare superiorem de hoc contentari, & dare sibi hanc relaxandi, & commutādi facultatem Syl. lo. cit. argu. cap. mulieres de sent. excom. cum Vulgatis vide Host. in sum. tit. de remis. §. & an Sacerdos nu. 4.

Decimoprimo quæritur, quot sunt causæ imponendi aliquantulam satisfactionē, vel pænitentiam pænitenti? respondetur, quod sunt multę, prima tempus Iubilæi, vel aliarum Indulgentiarum, tunc enim soluitur debitum pænæ, peccunia thesauri Ecclesiæ, qui augetur in dies bonis operibus fidelium glo. in extrauag. prima, in ver. & confessis de pænit. & remiss. secunda magnitudo contritionis exemplo Magdalenę, & aliorum, glos. in c. mensuram de pænit. d. 3. senectus, quarta debilitas, quinta ægritudo, sexta. timor probabilis, quod pænitens sibi impositam non adimplebit,

Sepimo contritionis magnitudo,8.complexio,vt ſi eſt robuſtus, vel delicatus Nau. in bulla Greg.xiij.de anno Iub.ſuper verba,& remiſſis culpis n. 25.nona timor ne propaletur peccatũ confeſſum, cum videatur pænitentiam a multis fieri ob illud peccatum, per quem deueniri poſſet ad aliquam ſuſpitionem peccati, puta ſi vir videns vxorẽ ſuam agere talem,vel talem pęnitentiã prę ter ſolitum, ſuſpicabitur aliquod facinus de quo habeat aliquantulam ſuſpitionẽ, vt accidit Conſtantinopoli,vide Hiſtor.tri. lib.9.cap.35.& ideo pęnitentiam confeſſarius debet imponere ſecrete ne audiatur ab alijs Syl.u.confeſſio 1.§.20.Nau.cap.26 num.21.Mag.45.d.20.Vide ca.1.26.q.7.D. Anto.3.p.tit.10.c.2.initio,Hoſt.lo.cit. §. ſi ſit coniugata numer.60. & §.vlt.numer.62. prope finem,& Nau. in ca.primo, §.diligẽs num.103.d.p.d.6.dicit non eſſe imponendam pænitentiam,pro qua implẽda poteſt deueniri ad notitiam peccati etiã quodãmodo notorij,multas alias cauſas moderã di pænitentias,vide in Conc. Vormacienſi can.7.vide Symb.de Catth.inſtit.tit.47.§. 78.& Nauar.in c.Falſas.num.10.d.p.d.5. & in c.menſuram nu. 6.d.p.d.prima, vide ſuperius

perius cap.23.quæst.prima.

Decimosecundo quæritur, an pænitentia, seu satisfastio, poterit imponi de operibus alias debitis, puta beneficiatis, tenetur recitare horas canonicas, quilibet Christianus post vigesimum primum annũ tenetur Ieiunare diebus quatragesimalibus, & alijs constitutis àb Ecclesia, an cõfessarius possit imponere clericò, vt recitet diuinum officium, & Christiano, vt ieiunet diebus statutis, vt supra? respondetur primo, relictis alijs quod sic, D. Anton. lo. cit.4. c.20. Sot.lo.cit.d.19.q.2. artic. 1. Victo.q.203. Nau.cap.26.nu.24. & c.3.nu. 4. licet Syluef.u.satisfactio nu.8. dicat oppositum, & tunc tanto magis, quando talis clericus, esset solitus relinquere diuinũ officium, vel Christianus, non frequenter ieiunare, & sic non satisfaciendo committit duo peccata mortalia, primum non satisfacit præcepto Ecclesiæ, secundum, quia non adimplet satisfactionem sibi a confessario impositam, & a se acceptatam Caiet.q.1. de satisfactione, Dico secundo, quod hinc fit posse hominem recitare horas canonicas, vel opera sibi imposita pro pænitentia, vel pro sua deuotione, dum

audit missam de præcepto, Syl.u. missam 2. §.vlt. Sot.4.5.d.13.q.2.ar.1. Flor. Theol.de satisf.miss.fol.466. Caiet.in opus.in sed cõtra. Dico tertio, quod opera alias debita imposita a confessario sunt etiam magis satisfactoria quam si alias fierent, quia adest duplex obligatio, ergo duplex meritum Nau.in c.primo in principio nu.4.d.p.d6. Caet.in q.prima de satisf.

Decimotertio quæritur, an pænitentia, seu satisfactio, debet dari cum mensura, vel sit taxata a Sacris Canonibus, vel Sacerdos sit obligatus dare certam quantitatem? respondetur primo, vulgatum esse illud quod pro quolibet peccato mortali septennalis correspondet pænitentia cap. hoc ipsum §.1.33.q.2. & per extensum, vide Hostien. in sum.tit.de pænit. & remis.§. quæ pæna nu.60.dico secundo, illud valere in foro exteriori, non interiori D. Tho. 4.5.d.20.q.2.Dieo tertio, pænitentias omnes hodie esse arbitrarias, cap. Deus, qui de pænit.& remis. Innoc. in d.cap. omnis. Dico quarto, bene verum est quod confessarius debet admonere pænitentẽ de quãtitate pęnitentiæ, quã deberet ei imponere pro quantitate suorum peccatorũ. Nau.

lo.cit.& dixi supra c.23.q.1. Dico quintò, hinc fit quod animæ in purgatorio, nō detinentur pro quolibet peccato mortali septem annos D.Hier.in ca. mensuram de pænit d.3.sed ad decem, vel ad summum viginti annos Sot.4.5.

Decimoquarto quæritur, quid faciat confessarius, quando finita confessione viderit pænitentem nolle abstinere a peccato, nec vult facere aliquid, ad quod de præcepto, vel de necessitate teneretur? respondetur primo, non debere eum absoluere quia tunc vterq. peccaret, ille male absoluendo, iste male accipiendo absolutionem, Dico secundo, nec debet eum permittere abire desperatum, sed debet illi iniungere aliquid boni, cum exhortatione, quod eo medio citius Deus illuminabit illum, & quod quicquid boni fecerit, proderit ei ad multa bona, prout dicetur inferius, q.28. Vide Doct. in c. quod quidam de pænit.&remiss. Sylues.u.confessor 3.§.12. vide Host.in sum.tit.de pęnit. & remiss.§.vlt.nu.62.col.2.

Decimoquinto quæritur, an confessarius inueniens pęnitentē pluries recidiuas se in eadem peccata, possit ei dare iuramē-

tum,

tum, de numquam ſimilibus patrandis, alioquin eum non abſoluēdo? reſpondetur primo, quod non, ſed debet ei proteſtari, quod niſi reſtituet, vel abſtinebit, carebit fructu confeſſionis, Syluеſ. lo. cit. §. 12. Dico, ſecundo, quando vero confeſſarius poſſet petere, vel iuramentum, vel cautionem a pænitente antequam eum abſoluat, ſunt multi caſus, partim expreſſi in iure, partim poſitia doctoribus, pro quibus, vide pro nunc Syluеſ. u. confeſſor 4 §. vlt. & praxim meam Epiſcopalem in u. abſolutio §. 9.

Decimoſexto quæritur, vtrum dum imponitur pænitenti ſatisfactio, tēpore quadrageſimę, vel extra de ieiunio, vel beneficiato, vt recitet tale, vel tale officium, poſſit illi ſatisfacere ieiunando tempore quadrageſimę, Vigiliarum, vel quattuor tēporum, vel recitare officium, ad quod alias tenebatur? reſpondetur, quod non, ſed regulariter ſemper ſatisfactio debet intelligi de opere alias non debito, ita Sot. lo. cit. §. 19. q. 2. ar. 1. niſi iliud confeſſarius explicet, & ita intelligitur, quod diximus ſuperius, q. 12.

Decimoſeptimo quæritur, quid faciat confeſſarius quando finita confeſſione,

vel

vel ante inuenit pænitentem inuolutum aliquot ex his occasionibus peccatorum, & primo, inueniens venditores diuersarum mercium, qui versantur inter mulieres, quasi semper emendo, vendendo, laborando, & conuersando, absq. cohabitatione illarum in eadem domo, tamē cum his peccant sæpius voluntate, verbis, tactibus impudicis, etiam cum copula, & signis quibusdam non debitis.

Secundo, qui vult redire ad actum illicitum, puta vsurarius ad vsuram; superstitiosus ad superstitionem, miles ad bellum iniustum, meretrix ad postribulum.

Tertio, concubinarij publici, vel hi de quibus id a paucis quibusdam scitur.

Quarto, concubinarij occulti.

Quinto, concubina, quę non vult desistere abeundo ad domum sui concubinarij, & deseruiendo in sua infirmitate, vel etiam adiuuando illum vsq. ad estremum vitæ, dum agit animam.

Sexto, de muliere hospitatrice, qui hospitantur hospites, & quoties excipit certum quændam habet rem occultam cum illo.

Septimo Ancillę, quę conuersantur cū

domi-

dominis, vel cũ cõseruis, & famulis, vel co gnatę, consanguineæ, vel affines, quæ habent rem cum suis dominis, heris, conseruis, cognatis consanguineis, vel affinibus.

Octauo, qui habet rem occulte, vel actus lasçiuos, & impudicos, cum aliqua consan guinea, affine, vel amica, quæ habitat in aliena domo.

Nono, qui conuersantur in aliqua domo, vbi sæpius colloquatur cum domicellis, cum quibus oblectantur sermonibus, cogitationibus, sordidis tactibus impudicis, & turpi pollutione fędantur.

Decimo, qui contraxerunt matrimoniũ publice seruatis seruandis, tamen propter aliquod impedimentum occultum Matrimonium est nullum.

Decimopri. qui comedentes res calidas, & prouocãtes ad libidinẽ, ob quas incidũt in graues carnis tentationes, quę impellũt eos ad consentiendum pollutioni, vel fornicationi.

Decimosecundo habentes sermonẽ, vel choreas, quas vocant saltus, vel ballare, vel tactus iuxta antiquam, & honestam loci consuetudinem (vbiq. enim homines quãdo saltant cum mulieribus tangunt earum manus)

manus)ob quod ſepæ incidunt in delecta-tionem moroſam, & voluntatem prauam peccandi cum eis.

Decimotertio, qui comitantes mulieres, & maxime nobiles more nobilium, vel vidit partes occultas, & ſecreta mulieris, & veſtes, ob quod ſępe peccant cogitationibus, & prauis imaginationibus.

Decimoquarto, homines infirmarij hoſpithalarij ſeruientes mulieribus in infirmitatibus, vel e contra feminæ ſeruientes hominibus ægrotantibus, quo videntur partes obſcenæ, medici chiurci, ob quod ſæpe commitunt peccata.

Decimoquinto, confeſſarij, qui dum audiunt confeſſiones alicuius mulieris incidunt in malas cogitationes, vel etiam pollutiones, vel e contra mulieres quoties cō fitentur peccata ſua alicui confeſſario incidunt in eadem, prout ſupra.

Decimoſexto, qui legendo litteras ſibi miſſas a perſona ſe amanti, tamen non illicite, vel malo animo, & patitur aliquam pollutionem, vel tentationem.

Decimoſeptimo, mulieres ſe ornantes, fucantes, & laſciue procedentes.

Decimooctauo, qui non vult relinquere

occa-

occasiones, seu opportunitates, quæ fere omnes, qui sunt similes eius faciunt quasi semper peccare mortaliter.

Decimonono, qui non vult dimittere iniurias sibi factas monendo in odio.

Vigesimo, vtrum possint absolui, artifices, qui faciunt aleas, vel dados ad ludendum, vel fucos, vel aquas distillatas, vel aliqua ornamenta pro fucandis mulieribus.

Pro regula vniuersali dicendorum sunt notādę istę circumstantiæ breuiter, prima, vt concurrat vera pænitentia, idest dolor de præterito, secunda, verum propositum de futuro, de numquam redeundo ad talē occasionem, quæ est causa peccati, tertia, quod cauebit adiuuante diuina gratia, nō peccare ob eam causam, cum se inuenerit in illa, quarta, quod adsit aliqua causa notabilis ob quam non potest fieri separatio, vel se absentāte ab ea, quinta, vt illa occasionō sit per se mala, sed indifferens, quæ alicui potest esse occasio boni alicui mali, sexta non adeo assiduitas peccandi cum illa, cum qua domi cohabitat, vt si bis, vel semel in mense, nam sic posset peccare cum aliqua extranea modo absit scandalum cōcurrente aliqua, vel aliquibus, vel omnibus

bus harum circumſtantiarum. poterit dari abſolutio, ideo reſpondetur ad omnia ſigillatim pro maiori practica, & facilitate, vide Nauar. in cap. ſatisfacio nu. 2. d.pęn. diſ.3.

Ad primum, reſpondetur poſſe illos abſolui, quia occaſio illa, quæ ſolet pręberere aditum ad peccandum,non eſt ex ſe peccatum mortiferum, neq. eiuſmodi ſemper facit peccare mortaliter eos,qui ea arte, vel occaſione vtuntur, licet non ſtatuant abſtinere ab ea occaſione, vel arte in futurum, quia non eſt occaſio propinqua ad peccandum,cum ea multi bene vtuntur propter quintam circumſtantiam, & ratio eſt, quia illa ars,qua homines tam bene, quam male vti poſſunt licita eſt,quãuis, ut plurimũ illa male vitantur, & ſic non relinquenda, Nauar.in cap.negotium n.8.d.p.d.3.

Ad ſecundum reſpondetur, nõ poſſe abſolui,quia occaſio eſt de ſe peccatum mortale.D.Tho.2.2.q.16.art.2.ad 4.

Ad tertium, reſpondetur non poſſe abſolui,quia eſt occaſio,quę in ſe eſt peccatũ mortale ob ſcandalum, quod ſcientibus præbet cum videatur deficere propoſitum abſtinendi in futurum Ang. uerſ.concubi-

natus

natus,& Syl.eod.u.§.1.Nau. cap. 16. num. 20.& 23.

Ad quartum reſpondetur primo nō debere abſolui, quia tam pænitens debet credere, quod aut raro, aut numquam impoſterum peccaturus.

Ad quintum reſpondetur primo, non debere abſolui, tum propter occaſionem peccandi, tum propter ſcandalum, dico ſecundo, quod poteſt abſolui concurrente prima, & ſecunda circumſtantia, vt patet exemplo beati Bonifacij martyris cum Anglę nobili romana, niſi adſit probabiliter occaſio ſcandalizandi moriturum immo non ſolum concubina, ſed vxor, & filij non ſunt oſtendendi homini iam iam morituro Nauar. in c.vlt.§.quod quamuis.n.17.d.p.d.7.

Ad ſextum reſpondetur poſſe abſolui, modo proponat impoſterum non peccatura, & illum non hoſpitatura, concurrente prima ſecunda, & ſexta circumſtantia.

Ad ſeptimum, reſpondetur primo, poſſe abſolui, concurrenti, prima, ſecunda, & quarta circumſtantia, Dico ſecūdo, etiam ſi recidiuauerint ter, vel quater, per cap. ſepties de pænit.d.3. Dico tertio, quod cōfeſſarius debet eſſe cautus in abſoluendis

his si cernat, quod de vicibus præteritis, nulla esset emendatio, neq. inchoatio nouæ vitæ, vel propositum de cauendo in futurum.

Ad octauũ, respondetur posse absolui, etiam si non proponat, numquã ingredi in domum eius, in qua habitat illa mulier cõsanguinea, affinis, vel amica, modo constituat numquã cum ea sola loquuturum, vel conuersaturum sine magna causa propter primam, secundam, & quartam circumstantiam.

Ad nonũ, respondetur non posse absolui, etiam si hoc facerent animo ducendi eas in vxores, & pares essent ad id, quia est occasio ex se peccatum, & non subest causa, non se absentandi.

Ad decimum respondetur, posse absolui si dum expectant dispensationem a summo Pontifice simul cohabitent propter primã secundam, & quartam circumstantiã, prout dictum est supra, c. 22. q. 1. & c. 13. q. 38.

Ad decimumprimum respondetur, posse absolui, etiam si non proponat in futurum se amplius dictis cibis non vesciturum, seu comesturum, quia illa occasio non est propinqua, neq. est ex se mala.

Ad decimũ ſecundũ, reſpondetur poſſe abſolui, etiam ſine propoſito cauēdi in futurum, quia non eſt occaſio per ſe peccatũ.

Ad decimũtertiũ, reſpondetur poſſe abſolui, quia iſta non eſt occaſio per ſe peccatum, licet benefaceret, ſi ab his caueat inpoſterum, quando non ſequeretur graue damnum, propter quartam circunſtantiã.

Ad Decimũ quartũ, reſpōdetur poſſe abſolui, quia iſta occaſio, nō eſt de per ſe peccatum, ſecus vero, qui colore medicandi frequentaretur domum alicuius mulieris more concubinę, quia modo non eſſet abſoluendus, cum ſit concubinatus occultus.

Ad decimũ quintũ, reſpondetur poſſe abſolui, quia non eſt occaſio de per ſe mala, ſi non conſentiat aliquo modo, licet tutius eſſet ſi ſe abſtineret, modo hoc poſſit fieri ſine graui damno, vel nota infamię, & hoc tam in coufeſſario, quam in pęnitente.

Ad decimũ ſextũ reſpondetur poſſe abſolui ſi adſit malus animus, licet tutius eſſet, ſi ab his litteris ſe abſtineret tanto magis, quando non ſunt vtiles, vel neceſſarię, modo non adſit damnum notabile ceſſare ab his Caiet. 2. t. opus q. 16. de conf. Nau. c. 3. an. 5. & cap. 16. an. 20. ac in cap. ſi cui n.

n. 17.

n.17.d.p.d.1.ita etiam de vidente seu tangente mulierem aliquã etiam causa vanitatis, etiam si ex illo visu, vel tactu insurgeret aliqua delectatio venerea, vel polutio, modo non adsit malus animus peccãdi mortiferi. Nau. loco cit. n. 10. & 11.

Ad decimũ septimũ respondetur, primo si scit aliquem certum ob lasciuiam sui ornatus prouocaturum ad malum non debet absolui, quia ista est occasio propinqua, & certa, etiam si illa non intendat ad huiusmodi desiderium illum allicere, secundo, ita etiam dicetur de aliqua, quę tendit ad aliquem locum, puta Ecclesiam, vel domum, vbi scit imminere etiam tale periculum, secus vero, quando ex necessitate, puta audire missam, in tali Ecclesia, vbi scit frequentare talem certam personam, quæ in se habet malum animum Nau. cap. 14. n. 30. & c. 16. n. 23. Syluest. in vers. delectatio, num. 6.

Ad decimũ octauum respondetur, non debere absolui, quia a simili causa, in simili causa, in simili subiecto causatur similis effectus, vt puta Actuarij, notarij tribunaliũ, seu curiarum cupidinarij, qui vel accipiũt, vltra pandectam, vel vendunt vltra preciũ

taxatum, licet se ipsos excusent, quia emũt carius bancas, seu officia, seu mercimonia, Nau.cap.3.Sot.de Iust. & iure.

Ad decimum nonũ respondetur, pro vt supra c.22.n.11.

Ad vigesimum respondetur, quod sic in cap. multa in vltimo, & ibi Abbas ne clerici vel Monachi Nau.in cap.negocium, n. 26.d. pen.d.3.

Decimooctauo quæritur, vtrum satisfactio adimpleta pænitenti in peccato mortali prosit illi, & sit satisfactoria? respondetur primo, quod Nau. ex mente Scoti, & Maioris in 4.s.d.15.tenet, quod sic, & quo ad Ecclesiam militantem, & quo ad vitam æternam, postquã homo resurrexerit a peccato cap.tunc valere, & ibi glos.in vers. ad salutem de conse.d.4.Caiet.2.t.opus, q.2. de satisfac.Victo.q.201.licet Sot.4.s.d.19. q.1.ar.5.sentiat contrarium. Dico secundo, quod tutius est, si fiat in gratia. Dico tertio consolationis gratia, quod pænitentia facta in peccato mortali non solum est satisfactoria in foro Ecclesiæ militantis sed etiam pro pæna debita pro peccatis, & quã do pænitens redibit in gratiã cõualidatur Sco. in 4.sent.d.14.q.pri.Nar.in ca.primo,

num.

nu.45.& 48.d.p.d.6.& in cap.pri.§. Sacerdos num.2.eadem dist.

Decimonono quæritur, vtrum alter posset pro altero satisfacere, puta fuit Petro iniuncta pęnitentia, seu satisfactio, vt ieiunet per decem dies, vel restituat decem ducatos quos debebat? respondetur primo, quod de restitutione nõ est dubium, quod possit similiter, & de satisfactione purgatiua, vt puta orationibus, elecmosinis, Ieiunijs, & alijs, Dico secundo, quod de satisfactione præseruatiua non, vt puta si fuit imposita pro præseruatione ne pęnitens recidiuaret in eadẽ peccata, vt si ieiunium imponatur libidinoso, vel guloso, vel oratio blasphematori, vel elemosina auaro, Syl.in u.satisfactro §.3.D.Tho.in addit.3.p.q.13. ar.2.in corp. Dico tertio, sed in satisfactione purgatiua ad hoc, vt alter pro alio valeat satisfacere opus est, vt vterq. sit in gratia idest, sine peccato mortali ita Sot.lo.cit. ar.4.& D. Tho. secus vero de sola satisfactione restitutionis, quia satis est, vt fiat solutio debiti, nec requiritur vterq. vel alter sit in gratia.

Secundo quæritur, an ille cui fuit imposita pænitentia, seu satisfactio, puta vt ieiu

net,per quadraginta dies,vel vt se discipli net,per decem dies, vel quid simile, si lucretur indulgentiam quadragenalem, vt puta visitando talem Ecclesiã tali die, vbi lucratur indulgentiam quadraginta dierũ satisfaciat dictæ pænitentię,vel satisfactioni sibi impositæ? respondetur quod sic ca. quod autem,& ibi glos.in vers. vt possint, Innoc.& Io.And.de pænit.& remis.Syluest. in ver.indulgẽtiam n.23.§.9.& vide in praxi mea episcopali in uer.indulgentia §.11. nisi sit pęnitentia pręseruatiua,prout dictũ est q.præcedenti,quia tunc non sufficit lucrari indulgentias,sed debet facere dictam pænitentiam adhoc vt se præseruet a recidiuo.

Vigesimoprimo quęritur vtrum possit absolui sacerdos,vel possit cõtinuare exercitium audiẽdi cõfessiones in quibus causantur ei pollutiones,tamẽ de eis, sibi hoc displicet? respondetur quod potest absolui, & potest audire confessiones, si non cõsentiat voluntate,sed tantum illud prouenit ex motu carnis,vel sensuum Caiet.2. t. opus.q.16.de confess.

Vigesimosecundo quæritur, an vt quis possit pro alio satisfacere sufficit sola requisitio,

quisitio,

quiſitio, ſeu petitio pænitentis, & promiſſio acceptantis hoc facere pro parte ipſius an opus eſt vt inueniat auctoritas, & licentia confeſſarij? reſpondetur, quod debet fieri auctoritate confeſſarij Bonau. 4. 5. d. 20. art. 1. Aſten. li. 5. tit. 22. q. 4. & Sot. lo. cit. d. 19. q. 2. ar. 4.

Vigeſimotertio quæritur, Vtrum homo dum ſatisfacit, pænitentiam ſibi a confeſſario impoſitam mereatur aliquid? reſpondetur, quod ſic, nam homo ſatisfaciendo meretur gratiam, Aſten. lib. 5. tit. 24. hinc fit theſaurum indulgentiarum in dies magis, ac magis augeri per ſatisfactiones, quę in dies fiunt a Chriſti fidelibus vltra eas quas debent pro peccatis ſuis, vt dictum eſt ſupra q. 11.

Vigeſimoquarto quęritur, vtrum viuens poſſit ſatisfacere pro defuncto? reſpondetur primo quod ſic, & eſt communis, & de fide, patet vulgatis, dico ſecundo, quod nõ tantum valet ſatisfactio facta a uiuo pro defuncto, quam ſi fiat a viuo pro viuo, quia viuus pro viuo ſatisfacit de certa lege, & iuſtitia, viuus pro defuncto per modum ſuffragij ideſt ſecundum voluntatem acceptantis, Dico tertio, in hoc eſſe maximum

priuilegium animarum existentium in pur-gatorio, quod etiam si peccator satisfacit pro ipsis; valet satisfactio ab hominibus defunctis existentibus in gratia indicta nõ quatenus est satisfactio peccatoris satisfacientis, sed quia satisfactio fit nomine iustorum in purgatorio existentium, qui eã dum viuerent in gratia existentes præceperunt pro pænis sibi debictis. Iusti enim sunt, qui in purgatorio cruciantur, nã sunt in charitate, ita D. Tho. in addit. 3. p. q. 71. art. 3. in corp. & ad 1. Sot. 4. s. d. 45. q. 2. art. 1. & ita posset intelligi de quocumq. peccatore satisfaciente pro homine iusto ita, vt satisfactionem peccatori indixerit Iustus, nam attenditur is, pro quo & cuius nomine fit, & non is, qui, & attenditur solutio debiti prout dictum est supra q. 19. 22. & 23. ita Flor. 4. s. tract. de indulg. art. 3. diffi-cul. 1. & art. 2. diffic. 4. conclus. vlt & Ioan. Chrisost. hom. 22. in cap. 8. Matthe. in imperfecto ait, in omni causa non intercedentium merita, sed humiliter petentium aspicitur fides, & animæ in purgatorio assidue petunt sufragia a Christi fidelibus iuxta illud Iob cap. 19. misereminì mei, &c. Hosti. in Sum. tit. de remis. §. fin. prope finem fa-

cit c. ſciſcitantibus 15.q.8.cap.pro obeuntibus 13.q.2.vide Ioan.Damaſ. in ſermone de mortuis,vide Auguſ.de Ancon. lib. de poteſ.Papæ 1.par.q.32.art.2.Nauar. in ca. fina. in fine d. p. diſ. 4. idem dicendum eſt de indulgentia lucrata ab exiſtentibus in pecc.mortali pro defunctis per modum ſuffragij Naua.de Iubil.& indulg. notab. 17. num.4

Vigeſimoquinto quæritur,an pænitens poſſit reuelare pęnitentiam,ſeu ſatisfactionem ſibi a confeſſario impoſitam? reſpondetur, quod ſi ex hac manifeſtatione,veriſimiliter oriretur prȩiudicium aliquod famæ pęnitentis, vel confeſſarij, non debet reuelare, ſi vero non,ſed potius adeſſet aliqua vtilitas, vel neceſſitas, quod non tenetur celare,ſed non eſt temere propalanda Aſten.lib.5.tit.20.

Vigeſimoſexto quæritur, vtrum Deus poſſit remittere peccata alicui,ſine aliqua ſatisfactione? reſpondetur, quod ſi loquimur de lege communi, quod non,ſi de lege ſpeciali,quod ſic,vide Aſten. lo.cit. tit. 22. quæſt.2.

Vigeſimoſeptimo quæritur,vtrum poſſit homo ſatisfacere pro vno peccato, & non

pro alio? respondetur quod non Asten.vbi supra q.3.

Vigesimooctauo queritur, ad quid pro sunt opera bona facta ab homine existēte in peccato mortali? respondetur quod ad multa, & primo, quod diabolus in tali homine nō habeat tantam potestatem, quā-tam haberet, si bona opera nō faceret, prout narrat D. Greg. Dialog. de quodam Iudeo, qui se munierat signo crucis, licet ei nihil crederet Daniel. cap. & cap. Nabucdonosor 23 q. 4. secundo valet ad assuefactionem bonorum operum, tertio, ad minus supplicium tolerandum, quarto, ad bona temporalia, quinto, ad hoc, vt dominus eum respiciat, & cor eius ad penitentiam citius illustretur, sexto, ad satisfactionem precepti, & ad alia multa, prout est videre, glo.in ca. quod quidam de pænit.& remis. Hosti.in sum.eod.tit.§.& an ficte pænitenti n.58.& Nau.prælud.7.nu.3.&c.27.nu.269. luculentissime. Syman. tit. 46. num. 84. de Catthol.instit.octauo, ad remissionem pænarum debitarum, pro peccatis mortalibus, dimissis, Nau.in cap. final.in vltimo d. p.d.4.

Vigesimonono quæritur, vtrum confes-

sarij

ſarij poſſint accipere a pænitentibus ſibi confeſſis intuitu confeſſionis aliquid? reſpondetur primo, quod ſic, cap.1.2. & 3. 91. diſt. cap. Iudices 1.q.1. cap. penul. & vlt. 1. q.2. cap. relatum 10.q.3. cap. charitatem, 12.q.2. ab eis, namq. quibus ſpiritualia miniſtramus, temporalia merere poſſumus D. Pau.1. Corint, cap.9. cap. ſi quis laicus. 16. q.1. & quia dignus, & operarius ver. ſua. Luc. ca.10. cap.1. de ſepul. Inno. in cap. Belar. n. 3. de ſepulturis. cap. ſi Epiſcopus de offic. ord. lib.6. cap. cum ſecundum Apoſtolus de præb. Dico ſecundo, quod confeſſarij non debent hoc exigere, ideſt, per vim extorquere, glo. in clem. prȩſenti in verſ. extorquent de cenſibus, quia videretur quædam exactio, Dico tertio, quod nec debent petere, quia videretur quoddam ſordidum, Dico quarto, quod poſſunt accipere a ſponte dantibus, quia videtur dari loco eleemoſinæ, Dico quinto, niſi Epiſcopi hoc etiam prohiberent in ſuis ædictis, Dico ſexto, nec debent imponere miſſas celebrandas, vel reſtitutiones, vel eleemoſinas, & eas ſibi attribuere, quia videretur indirecta venditio Sacramenti, & Neapoli eſt caſus reſeruatus cathed. Neapol. fol.

356.n.

356.nu.28.& fol.59.n.75. & restitutio non non esset facta personæ debitæ. Dico septimo, quod Episcopi possent concedere, vt accipiant a sponte dantibus, vel adeo restringere, iuxta illud, non alligabis os boui trituranti, Deuteron.c.25.1.Cor.c.9.Nau. c.23.nu.106 vers. ad secundum Caieta. in sum.ver.Simo. D. Anto. in defecerunt, & quia consuetudo iam sic indoleuit quasi vbique, quia multa possunt honeste accipi, quæ inhoneste petuntur Hosti. in sum. tit.de immun.Eccles.§.a quibus n.5.

Trigesimo queritur, an satisfactio adimpleta in peccato mortali postea adueniente charitate qua fit valida prout dictum est super q.18. sortiatur effectum suum ita totũ ac si in gratia factum fuisset. respondeo primo. ex Caieta. vbi supra quod non, sed partem, Dico secundo, & Nau.c.primo, in ptincipio, nu.49. d.p. d.6. quod totum ratio sua est, quia quod est Sacramẽtale, non minuitur per magis, & minus, & ita ego sentio argumento eorum, quæ dicta sunt superius cap.2.q.25.

Trigesimoprimo quæritur, an possit imponi pænitentia, vt si pænitẽs se verberet vel disciplinet sero die Iouis sanctæ, & videtur

detur quod non per ea, quæ dicta sunt superius q.13. tamen respondetur quod sic, quia illud genus pęnitētiæ sumitur illa die a multis sponte, & pro deuotione, Nauar. in cap.primo,§.diligens nu.106.d.p.d. 6.

Trigesimosecundo quæritur, virum possit poni pęnitentia, vt quis teneat cere um accensum in manu in missa. Respondetur, quod non pro peccato occulto, vel quasi notorio Naua.loco cit.nu.16. nisi pro notorio,&c.

Trigesimotertio quæritur vram confessarius tenatur imponere pænitētias, secundum canones pęnitentiales, respondetur, quod non, prout dictum est supra cap.23.q. prima, sed bene monere debet pænitentem & docere eum quantam pænitentiam deberet agere pro peccatis apertis, & à quibus debeat abstinere necessario, & iste cōfessarius dicitur habere scientiam ligandi, & soluendi Nau.in c.pri.in principio nu.7. d.p.d.6.

De conſcientia.
Cap. XXVI.

QVia interdum peccata oriri ſolent ex conſcientia aliqua, & pænitens poſt confeſſionem abſolutionem, & ſatiſfactionem, ſolet ſentire aliquem ſcrupulum, ideo ob remedium timoratarum conſcientiarum, volui hic inſerere aliqua de conſcientia breuiter.

Primo quæritur, quid ſit conſcientia? reſpondetur ex D. Tho. 1. p. quæſt. 79. ar. 11. quod eſt actus ſynderesis, quo concluditur aliquid eſſe faciendum, ſiue ben e, ſiue ma le, & ex Archi. in c. ſtatutum, de hæret. lib. 6 eſt cognitio cuiuslibet cordis, ſui ipſius, quam nemo ſcit, niſi ſolus Deus. D. Augu. tract. 74. in Ioan. in fine.

Secundo, quid ſignificat? reſpondetur, quod dicitur quaſi concludens ſciētia, vel ſimul ſcientia, vel cordis ſcientia Syluеſ. ver. conſcientia initio.

Tertio, quot modis ſumitur cōſcientia? reſpondetur relictis ſuperfluis, quod ſex modis, prima, eſt certa, ſecunda, erronea,

ter-

tertia dubia, quarta ſcrupuloſa, quinta temeraria, ſeu dura, vel voluntaria, ſexta remordens, prima, eſt quę certo, & vere indicat, ſecũda quæ falſo iudicat, tertia, quæ non certo aſſerit, ſed titubat, quarta, quæ habet aliquas rationes contra id, quod iu dicat, quinta, vel quãdo, quis publice pec cat, vel ſe iactat de peccatis, cap. quam ſit graue, de exceſſ. prælat. gloriatur, cum male fecerint, & exultant in rebus peſſimis. Hoſt. in ſum. tit. de clan. deſpo. §. prohibeãtur, n. 4. ſexta, mordens, quę idem eſt, ac remorſus conſcientiæ, cap. ille Rex. & ibi glo. in ver. conſcientiam de pænit. d. 3. cap. aliorum 9. q. 3. c. Iulianus de cenſ. diſtin. 1. cap. ſenti, 11. q. 3.

Quarto quæritur, quod actus habet? reſpondetur quod tres, primum, ad cgnoſcen dum, an aliquid ſit factum, ſecundum, ſi bene, vel male factum, tertium, an faciendum ſit. Syl. lo. cit.

Quinto quęritur, an homo teneatur deponere conſcientiam erroneam? reſponde tur, quod ſic, alioquin ſequeretur, ſi facit quod dictat, facit contra legem Dei, ſi non facit contemnit Deum Syl. loc. cita. §. 3.

Sexto quæritur, an homo teneatur deponere conſcientiā ſcrupuloſam? reſpōdetur, quod, ſic alioquin ſequeretur, inconſtā tia animi, & augmentum peccatum. Paul. c. 14. ad Rom. quicquid eſt contra cōſcientiam, peccatum eſt, & ibi gloſ. Nau. in c. cōſideret, n. 51. de pęn. diſ. 5. quia conſciētia erronea ſemper ligat, vel ad ſui depoſitionem, vel ad faciendum, quod dictat d. Nau. 1. 2. 7. 19. ar. 5. Gerſon. 2. p. nat. & qual. contiæ.

Septimo quæritur, quæ ſint remedia ad ſedandam conſcientiam ſcrupuloſam? reſpondetur quod ſunt multa, quæ videas in D. Anton. 1. p. tit. 20. & in regula in dubijs Aſtenſ. lib. 2. tit. 3. art. 3. q. 3. Nau. cap. 27. 280. & prælud. 9. ar. n. 90. ſed illud eſt præcipuum ſcilicet, vt homo ſe ſummittat iudicio, ſeu conſilio boni, & docti viri, & præſertim confeſſarij, D. Pau. Rom. cap. 8. diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, & Nauar. in cap. ſi quis autem n. 53. d. p. diſ. 7. & Paluda. in 4. 5. d. 17. d. Anto. 1. p. tit. 3. c. 10. q. 10. colu. 10. dicunt pænitentiā conſulentem peritiorē, & ſuper id formantem ſibi bona cōſcientiam etiam ſi res aliter ſe habeat. quam id quod ei verit conſultum

ſultum, excuſabitur quia fecit quod potuit, & Deus plus ab eo non requirit: & conſcientia erronea exploditur, vel per eius depoſitionem, vel per aduentum iudicij contrarij. Nau. loco cit.num.115.

Octauo quæritur, quæ ſunt cauſæ conſcientiæ ſcrupuloſæ? Reſpondetur ex Diu. Antonin. loc. citat. cap. 10. §. 10. Nauar. loc. cit. notab. 3. quod ſunt multæ, quas ibi videas.

Nono quæritur obiter ex hoc, quid ſit caſus conſcientiæ? Reſpondetur, quod eſt quæſtio facta de moribus, vel quæſitum circa mores. ita Sylueſt. in verſ. caſus primo initio.

Decimo quæritur, vtrum ea die qua quis confitetur peccata ſua, vel etiam communicat, liceat ludere? Reſpondetur, quod ſic, ludis honeſtis recreationis cauſa. Nauar. in cap. conſiderat. §. cautus, num. 4. de p. diſt. 5.

His alijſque à me dictis dicendiſue, ſit ſemper honor, & gloria Sanctiſſimæ Trinitati, Beatæ Marię Virgini, ac Beato Ambroſio Doctori, & Maximo Eccleſiæ pœnitentiario, cuius hodie feſtum recolitur, quod eſt die ſeptima Decembris 1595. quando huic operi finem

nem dedi,cum in eo fere très annos consumpserim. Supponendo omnia, & singula censuræ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Histor. Trip. lib.9. cap.30.

Illud vnum beneuolum admonendo lectorem, me, quoad potui,conatum fuisse studere breuitati,& compendio,scientem id plurimum placere modernis, solum contentum conclusionibus, & responsionibus, ac decisionibus Doctorum. Qui plura per extensum cupiet videre, recurrat ad Doctores citatos.

FINIS.

INDEX RERVM NOTABILIVM

Practicæ Pœnitentialis.

A

Au-

C

intel-

Con-

Con-

Clerici

D

Gra-

G

H

I

Nu-

N

O

Opera

P

confi-

Pote-

ria

R.

S

Satis-

absol-

V

Vni-

da,

Indicis rerum magis notabilium finis.

ERRATA SIC CORRIGITO:

Pagina 34. linea 7. ſanefactio, leg. ſatisfactio, pag. 36. lin. 7. vſitatus, leg. vſitatum. pag. 43. lin. 12. peccare, leg. peccandi. pag. 55. lin. 22. peccatis non incitatiuis, leg. peccatis incitatiuis; idem lin. 24. cernis, leg. carnis. pag. 68. lin. 7. reſponſionibus, leg. impugnationibus. pag. 70. lin. 5. demiſſa, leg. remiſſa. pag. 72. lin. 7. quoſdas, leg. quoſdam. pag 73. lin. 1. tant, leg. tantam. pag. 79. lin. 17. conciones, leg concionem. Idem, lin. 20. mortalem, leg. mortale. pag. 80. lin. vlt. concorunt, leg. concurrunt. pag. 114. lin. 6. nol, leg. nos. pag. 117. lin. 21. ſanctificat, leg. lucrificat. pag. 128. lin. 24. ictus, leg. ictibus. pag. 134. lin. 11. ſacrum, leg. ſacram. Ibidem. lin. 24. conſuratum, leg. conſecratam. pag. 135. lin. 9. quod vtrumque eſſe, leg. quando vtrumque eſt. pag. 164. lin. 3. perijt, leg. petijt. pag. 165. lin. vlt. honore, leg. honoris. pag. 208. lin. 3. teilet, leg. vellet. pag. 220. lin. vlt. diſcenderent, leg. diſcederent. pag. 221. lin. 1. traderent, leg. traherent. Ibidem. redirient, leg. redirent. pag. 226. lin. 14. nequiri, leg. requiri. pag. 228. lin. 26. Guardianibus, leg. Guardianis. pag. 241. lin. 12. imitatur, leg. irritatur. pag. 242. lin. 13. contractus, leg. contactus. Idem. lin. 15. contractum, leg. contactum. pag. 253. lin. 26. quia peccatum, leg, quia ſi peccatum. pag. 257. lin. 10. excommunicato non, leg. excommunicato ſumere non. pag. 275. lin. 11. quia non reuelauit, leg. quia reuelauit. pag. 284. titulum, leg. titulus. pag 286. lin. vlt. lidcet ſitaratus, leg. licet ſit paratus. pag. 306. lin. vlt. miſceatur, leg. miſcentur. pag. 308 lin. 24. ſubtractio, leg. ſubtractionem. pag. 313. lin. 2. autem, leg. quando. pag. 315. lin. 14. ado, leg. addo. pag. 316. qui, leg. quid. Idem lin. 25. eſumandus, leg. exhumandus. pag. 351. lin. dico, leg. duo. pag. 356. lin. 9. inuentam, leg. iniunctam. pag. 359. lin. 4. beneficiatis, leg. beneficiatus, pag. 366. lin. 2. qui, leg. quæ. Ibid. eius, leg. eis, Ibid. lin. 5. monendo, leg. manendo. pag. 367. lin. 18. vitantur.

tantur,leg.vtantur, pag.370.lin.12.frequentaretur,leg. frequentare. Ibid.lin.22. ſi adſit, leg. ſi non adſit. pag. 375. lin.3. inueniat, leg. interueniat. pag. 379. lin. 9. ver.leg.mer. pag.380.lin.9.indoleuit.leg.inoleuit. Ibid. 17. factum,leg.facta.Ibid.lin.vlt.ſanctæ,leg.ſancti.pag. 381.lin.12.vram, leg.vtrum. pag. 383. lin.9. gloriatur, leg. gloriantur. pag.384. lin.24.pænitentiam, leg. pænitentem.

REGESTVM.

✝ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd.

Omnia ſunt folia integra.



ROMÆ, Ex Typographia Gulielmi Facciotti.
M. D. XCVII.


calibrite
colorchecker CLASSIC
mm